

**Conspectus formularum medicarum : exhibens tabulis XVI tam methodum rationalem, quam remediorum specimina, ex praxi Stahlianā potissimum desumta / [Johann Juncker].**

**Contributors**

Juncker, Johann, 1679-1759  
Stahl, Georg Ernst, 1660-1734

**Publication/Creation**

Venice : J.G. Hertz, 1741.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/s9qs6wxq>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>



12518/B

Libreria Antiquaria  
**ANGELO GANDOLFI**  
BOLOGNA

Materia

*Scienze VIII*

Ubicazione

*XL α*

Volumi

*1*

Prezzo L.

*2-*

*1910*

2)

CONSPECTUS  
FORMULARUM  
MEDICARUM,  
EXHIBENS  
TABULIS XVI.

Tam Methodum Rationalem, quam  
remediorum Specimina,  
EX PRAXI STAHLIANA  
POTISSIMUM DESUMTA,  
Et Theriapiæ Generali accommodata.

AUCTORE  
D. JOANNE JUNCKERO,  
Medicinae Practico Orphanotrophei  
Halenfis.

---

VENETIIS, MDCCXLI.  
Apud Jo: Gabrielem Hertz.  
*Superiorum Permissu, ac Privilegio.*

CONSPECTUS  
FORMULARUM  
MEDICARUM  
EXHIBENS  
TABULAM

Tam Methodum Litterarum, quam  
Methodum Speculativam,

EX PRAXI STALLIANA  
POTISSIMUM DESUMTA.

Et Therapeuticam Generalem accommodatam  
ALICE

D. JOHANNI JUNKERO  
Medicæ Præceptis Ophthalmicis  
Hæreticis.

VENEZIÆ 1712. MDCCXII.  
Apud Jo: Gabrielum Henrici  
Superintendentem Typographicæ, ac Præpositum



## LECTORI BENEVOLO

## FELICITATEM.



3 eo tempore , quo Con-  
 spectum Medicinæ Theo-  
 retico-Practicum publici  
 juris fecimus, multi ami-  
 corum monuerunt, ut breviores re-  
 mediorum formulae conscriberen-  
 tur , atque opusculo illi , per sin-  
 gulas morborum species adjunge-  
 rentur . Putarunt enim , perpauco-  
 artis medicae tirones ea potiri fa-  
 cultate , ut remedia simplicia in  
 illo conspectu a nobis commenda-  
 ta dextre & ad amissim compo-  
 nere possint. At horum tamen de-  
 sideriis primum fatales illos expo-  
 sui-

fuimus abusus, quibus formulae medicae per tot saeculorum decursus fuerunt expositae, & quod satius esset, plebejæ illi, noxiae & calamitosae empiriae subtrahere, quam quidem suppeditare nutrimentum. Verum enim vero id nobis responsi datum est: empiriam adeo invaluisse, ut si vel maxime formulas communicare recusaremus, illam nihilo tamen minus talem, hoc est probrosam arti medicae, fortasse mansuram. Spem praeter ea fecerunt, hasce remedium compositiones avertere quodam modo posse fontica illa damna, quae a noxiis formulis, quarum fere innumerae per orbem oberrent, certissime inferuntur. Quae ratio quamquam eo animum flectere non potuerit, ut quum secunda vice Conspectus Medicinae  
sub

sub prælo fudaret, formulas <sup>v</sup>speciales singulis morbis adponeremus; id tamen effecerunt, ut methodum rationalem conscribere, formulis eandem illustrare, atque Therapiae Generali, quae DEO juvante typis mox exscribetur, eam accommodare decerneremus. Atque haec plurimorum testium instar esse possunt, animum nostrum non fuisse, ut hae formulae simpliciter retinerentur, & in usum practicum adservarentur, cui enim usui tanta remedium multitudine? quum longe pauciora sufficere possunt. Quare, eo tantum mens nostra tendit, ut hisce exemplis, qualibuscumque monstretur via, qua formulae per omnes, ut dicunt, locos communes Therapiae GENERALIS, sint conscribendae, imitandae & applicandae. Ceterum, minime dissimu-

lamus, quod vel ex his bona felicitate fieri possit selectus, cujus ope morbo adfectis consulere & officio medico satis facere queamus. Vale. Dab. Halae Magd. die 17. Martii Ann. 1723.



# SERIES

## TABULARUM.

### TABULA I.

**D**E Formulis Praescribendis in Genere.

TAB. II. De Pulveribus.

TAB. III. De Pilulis.

TAB. IV. De Bolis.

TAB. V. De Electuariis.

TAB. VI. De Trochiscis.

TAB. VII. De Rotulis.

TAB. VIII. De Morfulis seu Tabulis.

TAB. IX. De Mixturis concentratis.

TAB. X. De Potionibus.

TAB. XI. De Julepis.

TAB. XII. De Emulsionibus.

TAB. XIII. De Infusis.

TAB. XIV. De Decoctis.

TAB. XV. De Balneis.

TAB. XVI. De Topicis ; seu Epitheimatibus.

Ubi

## Ubi occurrunt

1. Fomenta seu fots.
2. Cataplasmata.
3. Emplastra.
4. Linimenta.
5. Unguenta.
6. Balfama.
7. Collyria.
8. Suppositoria.





## T A B U L A I.

## D E F O R M U L I S

## PRAESCRIBENDIS IN GENERE.

## I. DEFINITIO.



Raefcriptio formularum est pars Medicinae practicae, quae remedia selecta, probata & convenientia pro morborum, sexus, aetatis, aliarumque circumstantiarum ratione prudenter combinare, & debita methodo ordinare docet.

## II. SUBJECTA.

1. Sunt omnia illa remedia, quae morbis & illorum symptomatibus opponuntur, seu uti Medici loquuntur; *materia medica* ex triplici regno desumpta.
2. De hac materia medica in Therapia generali fusius dictum est. Hinc non opus erit, illam hic repetere, atque hunc tractatum praeter necessitatem augere; cum primis quia sequente membro, quo de dosibus agitur, multa tam simplicia, quam composita repetenda veniunt.

## III. PARTES.

Medicamentorum praescriptio involvit quatuor partes sic dictas cardinales, nempe *basin*, *adjuvantem*, *corrigentem*, & *constituentem*.

A. *Basis* est pars principalis & primarium formularum medicamentum, quod intentioni Medici satis-

facit, & tanquam *indicatum* *indicanti* e diametro opponitur. De hac basi sequentia notentur.

1. Basis modo unicum medicamentum constituit, & tum *simplex* vocatur; modo plura continet, quo casu *composita* audit.
  2. Excludenda tamen est *multitudo* remediorum, basin constituentium. Nimia enim hæcce farra-  
go non tantum Pharmacopœis molesta est, & quæcunque alia substituendi ansam illis præbet, sed &, quia diversi sapes & odores hac ratio-  
ne cumulantur, ægrotis nauseosa evadit. Præter  
ea Medicus non facile finem suum obtinet, dum  
tot heterogenearum partium ingredientia se invi-  
cem destruunt, & longe alium effectum, quam  
qui respicitur, causant.
  3. Basis tanquam pars principalis reliquas minus  
principales partes *dosi qualitatis*, non semper au-  
tem *quantitatis* debet *superare*.
- B. *Adjuvans* dicitur, quod basin adjuvat, atque illius  
defectum supplet. Fit hoc
1. vel *stimulando*; e. g. quando resina jalappæ vel  
scammonei laxantivum remedium, quod in o-  
peratione sua seignius est, stimuli loco additur,  
ut virtus principalis, nempe purgatio, augeatur.
  2. vel *præparando*, atque effectum baseos facili-  
tando. v. g. quando purgantibus, quæ per se fa-  
tis efficaciter evacuant, alia præparantia & di-  
gestiva miscentur, ut materia movenda mobilis  
reddatur.
- C. *Corrigens*, quod respicit.
1. vel *saporem* nauseosum. Hic autem per talia re-  
media corrigendus est, quæ operationem non im-  
pediunt, sed aliquo potius modo eandem promo-  
vent. Sunt ejusdem census syrupi, emulsiones,  
saccharum.
  2. vel *qualitatem* medicamenti *noxiam*. Hujus  
modi corrigentia purgantibus potissimum addun-  
tur,

*De Formulis Praescribendis in Genere.* 3

tur, ut drastica illorum efficacia per illa infirmitatur, de qua re in Therapia generali tabulis de *emese & catharsi* passim dicitur.

3. *Opiata* autem, & quae alia opus habent tali correctione in officinis parata ut plurimum proficiant.

4. Corrigitur noxia qualitas

1] modo *invertendo & immutando* medicamenti texturam & disjungendo particulas summe agiles a cohaesione sua sic v. g. salina corrigunt purgantia.

2] modo *viscera defendendo & roborando*, ut noxae, a medicamento tali metuendae, avertantur. Sic e. g. aromata & alia carminativa, purgantibus addita, ventriculum roborant & flatum in primis viis excitatos discutunt.

D. *Constituens* vocatur etiam *excipiens*, quia *basin*, *adjuvans* & *corrigen*s excipit, atque formam medicamenti constituit. De hoc sequentia notentur.

1. Excipiens semper sit proportionatum ad baseos quantitatem, & qualitatem excipiendam:

1] *Quantitatem* quidem, ut eo commodius misceri possint, & medicamentum in justam formam redigi queat, e. g. ad *bolum* formandum sufficiens quantitas excipientis conservae vel syrupi praescribenda est. Sic potiunculae & decocta sufficientem portionem aquae vel destillatae vel simplicis exposcunt.

2] *Qualitatem* autem, ut excipiens cum natura excipientorum conveniat. Sic v. g. virtus purgans sennae mediante menstruo *aquoso*, *jalap-pae* autem cum *spirituoso* excipienda est.

2. Quando autem excipiens & excipienda disparis sunt naturae, mediante quodam uniente conjungantur necesse est. Sic e. g. oleum terebinthinae, balsamum Peruvianum mediante vitello ovi cum liquoribus aquosis uniuntur.

3. Excipientia majori semper dosi, quam excipientia, sunt praescribenda.

E. Veteres quatuor hisce formularum partibus *quintam* partem addebant, quæ *dirigens* ab illis vocabatur, quia reliqua remedia ingredientia, & illorum effectum ad certas atque definitas corporis regiones dirigere debebat. Hoc dirigens a recentioribus parvi quidem penditur, nihilo tamen minus locum habere potest in purgantibus, per *epicrasin* operantibus, e. g. quando in morbis capitis remedia cephalica, in uterinis hysterica cum purgantibus miscentur.

#### IV. DOSIS.

Notanda hic occurrunt.

1. *Pondera*, quorum quinque hodie introducta sunt,

1) *Libra Medica*. ℔. quæ differt a civili, nam 12. uncias tantum continet. Haec autem differentia in nonnullis regionibus accurato non observatur. Quando enim in formulis liquidis ℔j. ordinamus, vel speciebus infundendis mensuram definitam adjicimus, e. g. Species infundenda ℔iij aquae, tum librae medicae raro attenduntur.

2) *Uncia* ℥. quæ dividitur in octo drachmas.

3) *Drachma*. ℥. quæ tres habet scrupulos.

4) *Scrupulus* ℥. qui viginti habet grana.

5) *Granum*. gr. quod pondere suo ad granum hordei circiter accedit.

De his omnibus sequentia notentur.

a) Quando pondus aliquod determinandum est, tum numeri Romani adhibentur. v. g. ℔ iv ℥ vj. ℥iij. ℥ij. gr. xvi.

b) Nonnumquam haec pondera dividuntur, & tunc signum ℞, quod semis significat, adponitur. v. g. ℔℞. ℥℞. ℥℞. gr. ℞.

c) Non solemus praescribere ℥i℞. sed ℥℞. neque ℥iv. sed ℥℞.

Nonnulli *alii modi*, quibus medicamentorum quan-

*De Formulis Praescribendis in Genere.* 5

quantitas solet determinari, e. g.

- 1) *Manipuli*, quibus herbae siccae praescribuntur, e. g. Mj. i. e. quantum manu comprehendere possumus.
- 2) *Pugilli*, quibus flores praescribi solent v. gr. Pj. i. e. quantum digitorum extremitatibus adductis capere valemus.
- 3) *Numeri*, quibus fructus praescribimus, e. g. caricar. No. iv.
- 4) *Liquida nonnulla*, praecipue olea destillata, guttis tantum praescribuntur, e. g. oleum lavendul. gutt. iij. cinnam. gutt. j.
- 5) Nonnumquam Pharmacopoei arbitrio relinquimus, ut quantitatem seu portionem medicamenti dijudicet, adjectis signis *q. s. i. e. quantum satis, quantum sufficit.*

3. *Dosis generalis* respectu diversarum aetatum.

- 1) Ut constet summatim, qua dosi remedia tam cruda, quam praeparata sumi debeant, ob differenti aetatis rationem, omnia in sequentem tabulam memoriae causa disponere placet.

Sit v. g.

Pro adulto ----- 3j. sic erunt

- Juvene ann. xiv - xxi duae tertiae  $\frac{2}{3}$  np. ̄ij.

- Adolescente -- vii - xiv. dimidia  $\frac{1}{2}$  3℞.

- Puero ---- iv - vii. tertia  $\frac{1}{3}$  ̄j.

- Infante - iv -- quarta  $\frac{1}{4}$  gr. xv.

----- iii -- sexta  $\frac{1}{6}$  ̄℞.

----- ii -- octava  $\frac{1}{8}$  gr. viii.

----- i duodecima  $\frac{1}{12}$  gr. v.

A 3

2) No.

- 2) Notandum porro, quod subjectorum diversa constitutio hanc dosium proportionem augere vel minuere possit. e.g. dantur robusti adolescentes, qui maiorem dosim, quam infirmi adulti perferre possunt.
- 4) *Dosis specialis emeticorum*
- 1) *regni vegetabilis*, in quo occurrunt,
- a) *Radices*
- 1) *Asari* ℥℥ - ʒj. decocti ejus ʒj - ʒij.
  - 2) *Ellebori albi*, cujus extractum ad ʒj. exhibetur.
  - 3) *Ipecacuanhae* ʒj - ʒ℥.
  - 4) *Squillae*, cujus oxymel infantibus ad ʒj. praescribitur.
- b) *Folia*
- 1) *Gratiolae* ʒj - ʒij.
  - 2) *Nicotianae*, cujus decoctum a ʒj - ʒ℥. sumendum.
  - 3) *Sedi vermicularis* ʒ℥. decocti ejus ʒij.
  - 4) *Sambuci & ebuli* folia prima, juli dicta, decocti illorum aliquot unciae propinātur.
- c) *Flores*
- 1) *Jaceae* &
  - 2) *Persicae*, quorum syrupos infantibus ad ʒj. praescribimus.
- 2) *Regni mineralis*
- a) *Ex antimonio*
- 1) *Reguli Antim. medicinalis* ʒj.
  - 2) *Florum Antim. gr. iv.*
  - 3) *Sulph. Antim. gr. iv. vi.*
  - 4) *Vitri Antim. gr. vi. viii.*
  - 5) *Croci metallorum Rulandi* gr. vi. viii.
  - 6) *Aquae benedictae Rulandi* ʒss. ʒj.
  - 7) *Oxysacchari emetici Angeli Salae* ʒij - ʒss.
  - 8) ————— *Ludovici* ʒij - ʒss.
  - 9) *Syrupi rubi Idaei emetici* ʒj - ʒij.
  - 10) *Sapae vomitoriae Sylvii* ʒij - ʒss.
  - 11) *Tar-*

- 11) *Tartar. emetici* gr. III. IV.
- 12) *Mercur. vitae* [ex butyro antimonii & aqua confecti) gr. III.
- 13) *Rosæ mineralis Angeli Salae* eadem dosi
- 14) *Infusorum Antimoniat.* quorumcunque nominatorum ℥j.

b) *Ex Mercurio*

- 1) *Mercur. praecipitati* rubri seu arcani corallini gr. IV-V.
- 2) *Turpethi mineralis* gr. III-VI.
- 3) *Mercur. praecipitati* albi) hæc ad pauca
- 4) *Auri vitae Kegleri* ) grana.

c) *Ex vitriolo.*

- 1) *Vitrioli albi* depurati ℥ss.
- 2) *Gillae Paracelsi* ℥ij-℥j.
- 3) *Salis vitrioli* ℥j.
- 4) *Mannae vitriol.*
- 5) *CrySTALLI lunæ* gr. IV.

5. *Dosis specialis purgantium*

1) *Regni vegetabilis*

- a) *Acaciae florum* infusi ℥j.
- b) *Agarici* ℥j-℥ij. infusi & extracti ℥ss.
- c) *Aloes.* gr. II. III. ℥j.
- d) *Bryoniae* ℥ij. infusi ℥ij. succi ℥j.
- e) *Carthami seminis* ℥ij.
- f) *Cassiae fistulae* ℥ij-℥j. in decocto.
- g) *Cataputiae* gr. VI.
- h) *Centaur. minor.* extracti ℥j-℥ss.
- i) *Colocynthis* ℥ss. extract. ejus gr. IV-VI
- k) *Cyclaminis succi* ℥ss. ℥j.
- l) *Ebuli radice* ℥ij. extracti ℥j.
- m) *Elaterii.* gr. III. ℥ss.
- n) *Fllebori nigr.* gr. III. IV.
- o) *Epithymi* infusi ℥j. ℥ij
- p) *Esulae extracti.* gr. II. III.
- q) *Gratiolae herbae* infusi ℥ss.

- r) Gummi guttae gr. v -  $\varnothing$ ss.  
 s) Hermodactyl. radic.  $\varnothing$ ij. extract.  $\varnothing$ j.  
 t) Jalappae  $\varnothing$ j -  $\varnothing$ ss. resinae ejus gr. v.  
 u) Iridis Florent.  $\varnothing$ ss. gr. ii. iv. pro infantibus.  
 x) Iridis nostratis radicis  $\varnothing$ j. infantibus gr. ii. iii.  
 y) Matallistae —————  
 z) Mechoacannae  $\varnothing$ j.  $\varnothing$ ij. infusi  $\varnothing$ ss.  
 aa) Mannae  $\varnothing$ j.  $\varnothing$ ij.  
 bb) Mezeri f. laureolæ  
 cc) Myrobalanorum  $\varnothing$ ss.  $\varnothing$ j.  
 dd) Persicarum florum conservae  $\varnothing$ j. pro infantibus  
 ee) Polypodii radicis infusi  $\varnothing$ ij.  
 ff) Psyllii semen —————  
 gg) Rhabarbari  $\varnothing$ ss.  $\varnothing$ j. extracti  $\varnothing$ j -  $\varnothing$ ss.  
 hh) ————— Monachorum  $\varnothing$ ss.  
 ii) Rhamni solutivi seu syrupi domestici  $\varnothing$ ss.  $\varnothing$ j.  
 KK) Ricini Americani seu granorum tilli ———  
 ll) ————— vulgatis —————  
 mm) Rosarum pallidarum syrupi  $\varnothing$ ss.  $\varnothing$ ij.  
 nn) Soldanellae —————  
 oo) Scammonei gr. xv.  $\varnothing$ j.  
 pp) Sennae foliorum infusi  $\varnothing$ j. extracti  $\varnothing$ ss.  
 qq) Squillae oxymellis  $\varnothing$ j. pro infantibus.  
 rr) Tamarindorum decocti  $\varnothing$ j -  $\varnothing$ ij.  
 ss) Turpethi vegetabilis  $\varnothing$ ss. resinae ejus.  $\varnothing$ ss. gr. xv.  
 tt) Terebinthinae  $\varnothing$ ss.  
 2) *Regni Mineralis.*  
 a) Auri fulminatis gr. i - viii.  
 b) Lapidis Armeni —————  
 c) ————— lazuli —————  
 d) Magnesiae albae  $\varnothing$ j.  $\varnothing$ ss.  
 e) Mercurii dulcis  $\varnothing$ ss.  $\varnothing$ j.

*De Formulis Praescribendis in Genere.* 9

f) Nitri ℥j. ℥ii.

g) Salis Anglic. ℥iii. ℥ss.

h) Tartareorum ℥i. ℥ij.

6. *Dosis specialis alterantium* tam simplicium quam compositorum. Hanc exhibet sequens ordo alphabeticus, de quo tamen notandum, quod multa superflua, immo nonnulla inutilia esse censeamus.

1) *Aceta*. e. g.

Acetum bezoardicum.

———— rosarum.

———— theriacales.

———— prophylacticum *Sylvii*, *Vvicickardi*,

———— scylliticum, &c.

Haec pro *interno* usu cum aquis destillatis diaphoreticis & alexipharmacis ad ℥ss, pro *externo* autem in epithematibus majori dosi praescribuntur.

2) *Aquae destillatae*

a) *Simplices*, e. g. florum acaciae, borraginis, buglossae, cardui benedicti, centaureae minor. cichor. melissae, scordii &c.

Hæc ab ℥j. ℥iiij. pro dosi praescribuntur; in potiunculis autem ℥ij. ab aliis ℥iv. ℥vj. ordinantur.

b) *Spirituosae*, e. g. asthmaticae, Anhaltinae. carminativ. cinnamom. cum vino cydoniorum cordialis, Reginae Hungariae, melissae vinosae. Hæc a ℥ii-℥j. praescribuntur.

3) *Condita*, e. g.

Conditum calami aromatic.

———— carnis citri

———— corticum citri

———— nucis Indicae

———— zingiberis

Horum dosis ℥j vel ℥ij involvit. In bolis autem

tem & *electuariis*, in quibus pro pluribus dosibus ordinatur,  $\mathfrak{zj}$  praescribitur.

4) *Concervae*, e. g.

Concervae acetosae

———— anthos

———— citri cum pulpa

———— melissae

———— menthae

———— rosarum.

Hae in bolis ad  $\mathfrak{zj}$ . in *electuariis* autem ad  $\mathfrak{zj}$  praescribuntur

5) *Cortices*, e. g.

Cort. aurant.

----- cappar.

----- chin, chin.

----- citr.

----- quajac.

----- tamarisc.

Horum dosis est  $\mathfrak{zss}$ . in *insusis* autem & decoctis  $\mathfrak{ziss}$ .

6) *Electuaria*, e. g.

Elect. diacori, confectio alkerm. completa, & incompleta, diacitri, diascordii *Fracastorii*, de hyacintho, mithridatii, theriacae, horum dosis est  $\mathfrak{zj}$ - $\mathfrak{ziss}$ .

In *clysteribus* autem electuarius de baccis lauri, benedicti laxativi, diacolocynthidos, confectiois *Hamech*, hierae picrae, diaprunorum solutivorm ab  $\mathfrak{zss}$ .  $\mathfrak{zj}$ . praescribuntur.

7) *Elixiria*, e. g.

Elixir propr. *Paracelsi*, uterin. visceral. Hæc a gutt. 30-50. propinantur.

8) *Essentiae*, e. g.

absinth. gutt. xl. l.

myrrh.

fuccin. ) gutt. xx - xxx.

ambrae  
castorei | gutt. x-xv.  
opii

9) *Extracta*, e. g.

absinth.

acor.

cent. min.

cochlear.

enul.

fumar.

gentian. rubr.

tormentill.

croci

theriacae coelest.

laudani opiat

Dosis ℥ss-℥j. in forma  
pilularum.

) gr. III-v.

10) *Feculae*

ari

bryoniae

) gr. xv-℥j.

11) *Flores*

acac. anth. Aurant, bellid. borrag, bugloss.

chamoll. lavend. lilior. alb. melilot. pa-

paver. errhat. tunic. verbasc. violar. dosis

P. i. ij. vel Mss.

Flores benzoës gr. iv. ℥ss.

antimon. gr. xii. quæ in vini ℥ij. per  
12. horas infunduntur.

salis armoniac.

fulphuris gr. v. ℥ss.

12) *Fructus*, e. g.

caricarum, dactylorum, prunorum, sebest.

No. ij-iv. in decocto passul. min. jujubarum,

tamarind. ℥ss-℥ij. in decocto

13) *Gummata*, e. g.

ammoniac. carannae, galbani, hederæ,

juniperi. Haec in vino vel alio ad propriato

liquore soluta & in pilulas redacta ad ℥j præ-

scribuntur.

14) *Her-*

14) *Herbae*, e. g.

absinth. card. bened. centaur. min. hyssop.  
 meliss. menth. crisp. millefol. pulmonar.  
 salv. scabios. veronic. virg. aur. M℞. Mj.  
 ij. in infuso & decocto.

*Quatuor emollientes*, nempe

althaeae

betae

malvae

violarum

M℞. in clysteribus, in  
 balneis Mij. & plures.

cochleariae, bellid. chaeref. nasturt. pet-  
 rosel. pimpinell. Hae recentes in jusculis  
 comeduntur, & proportionate ordinantur.

15) *Julepi*, e. g.

gemmati completi ℥ii-℥℞.

incompleti ℥ii-℥℞.

rosarum ℥℞-℥i.

violarum ℥℞. ℥i.

16) *Lapides*, e. g.

Lap. bezoard. orient. gr. iv. ℥℞.

occident. ℥℞. ℥i.

prezios. fragm. gr. vi. ℥℞.

CrySTALL. mont. ℥℞.

haematit. gr. xv. ℥i.

caneror. ℥i.

percar. ℥i-℥ii.

in liquorib.  
 & potun-  
 culis.

17) *Ligna*, e. g.

Ligni aloes in pulver. ℥℞. ℥i.

juniper.

quajac.

sassafras.

sandal.

℥℞. ℥i. in decocto.

rhodii ℥ii. ad gratum odorem conciliandum in decoctis.

18) *Liquores*, e. g.

Liquor terrae foliat tart. gutt. xx. xxx.

nitri fixi gtt. xx. xxx.

ol. tar. per deliquium gutt. xx. xxx.

Liquor CC. succinat. gutt. xii.

19) *Loch, linclius, eclegmata, e. g.*

Loch. ad asthma

de farfara s. ruffilagine

de pulmone vulpis

sanum & expertum.

Dosis, quantum cultelli cuspis capit, in ele-  
ctuar. autem  $\mathfrak{z}\text{i}$ .

20) *Magisteria.*

Horum loco rectius pulveres, e quibus illa  
preparantur, praescribuntur.

21) *Olea*

a) *Cocta & expressa, e. g.*

Oleum amygd. amar.

dulc.

absinth.

aneth.

chamomill.

hyper.

lilior. alb.

lumbr. terr.

momordic.

nucl. persic.

nymph.

ovor.

rosarum.

scorpion.

verbasco.

Dosis est  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ . in Li-  
nimentis autem &  
unguent. a  $\mathfrak{z}\text{i}$ . haec  
olea praescribuntur,

nucis moschatae in linimentis & bal-  
samis  $\mathfrak{z}\text{i}$ .

b) *Destillata, e. g.*

absinth.

aneth.

anis.

anthos.

carvi,

caryo-

caryophyll.  
cinnamom.  
citri.  
foenicul.  
lavendul.  
macis.  
mastich.  
majoran.  
nucis moschatae  
tor. mat.  
rutae.  
succini.

Haec olea ex aromati-  
bus parata a guttis tri-  
bus ad ℥ss. Reliqua  
vero a ℥ss-℥ss. & am-  
plius in balsamis & li-  
nimentis praescribun-  
tur.

22) *Pilulae*, e.g.

Pil. de aloe rosata & violata.  
de ammoniac.  
angelic.  
cephalic.  
de succino *Crattonis*

℥ss. j.

23] *Pulveris*, e.g.

Pulv. bezoard. *Ludovici*.  
*Vvedelii*.  
cachectic. *Ludovici*.  
*Quercetani*.  
dysenteric. *Crollii*.  
*Haly* contra phtisin.  
Pannonic. rubr.  
stomachic. *Birckmanni*.  
strumal.

gr. xv. ℥ss.

24] *Radices*.

acori.  
althae  
5. aperientes nempe apii,  
asparagi, foenicul. petro-  
fel. tusc.  
ari.  
bistortae.  
chinae.

con-

contrajerv.  
dictamni alb.  
gent. rubr.  
irid. Florent.  
liquirit.  
pimpinell. alb.  
paeoniae.  
polypod.  
sarsaparill.  
valerian.

Dosis ℥ii. ℥vi.  
in infusis, non-  
nullae in pul-  
vere amuleti  
loco.

25] *Rob*, e. g.  
berberum.  
cerasor. acid.  
cynosbati.  
ebuli.  
iuniperi.  
ribium.  
rubi idaei.  
saniculae.

℥i-℥ii. & amplius  
praecipue in iulep.

26) *Salia*.

1] *Fixa*, e. g.  
sal. absinth.  
cardui bened.  
centaur. min.  
genist.  
tartari.

℥i-℥ss.

2) *Volatilia*.  
sal. volat. CC.  
succin.  
viper.

gr. iv-℥ss.

3] *Neutra*.  
arcan. duplic.  
tart. vitriolat.  
sal polychr.  
tart. solub.  
terra foliat. tart.

℥i-℥i.

27) *Semina*, e. g.

femin.

femin. calida mai. & min.

4. *major.* nempe

anis.

cardam.

cumin.

foenicul.

4. *minor.*

ammios.

apii.

carvi.

dauci.

4. frigidior. maior. & min.

*major.* nempe

citrull.

cucumer.

cucurbit.

melonis.

*minor.* nempe

cichore

endiv.

lactuc.

portulac.

cicer.

cinn. f. fantonic.

coriandri præp.

citri

lini.

foenu graec.

galegae

hyofciam.

papav. viol. sinapios.

28] *Species.*

1) *cordial. temperantes.*

diambra.

diamosch.

contra apoplex.

de hyacinth.

Interne & externe in emulsionibus, pulveribus &c. usurpantur.

Hinc etiam dosis quam maxime variat,

dia-cinnam.  
 imperatoriae.  
 dia-ireos simpl.  
 diamarg. calid.  
 diarhodon abbat.  
 tragea aromat.

Dosis a ℥ss-℥ss repeti-  
 tis vicibus.

2) *pro decoctis.*

Spec. pro potu or-  
 dinar.

-pectoral.  
 -florum & fru-  
 ctum an-  
 febr.

℥ - ℥ij ad mensur. unam  
 liquoris.

carminativ.  
 emollientes  
 lenit.

in clysterium man. i.  
 ad ℥ssj. liquoris,

29) *Spiritus, qui sunt*

1) *acidi, v.g.*

nitri

vitriol.

salis comm.

dos, gutt. v-viii. xii.

clyssus ℥ss-℥j gutt. x-xx.

spirit. tart.

mannae

nit. dulc.

vitriol. dulc.

sal. dulc.

) gutt. xxx - xl.

) gutt. x-xx.

2) *urinofi, e.g.*

spirit. sal. armoniac.

c. c. quamvis

hic proprie

non sit urinosus

lumbr. terrest.

urinae

) gutt. xv-xxx.

3) *Fermentati, e.g.*

spirit. cochlear.

B spirit.

spirit. fragor.

florum sambuc.

lilior. convall.

gutt. xxx-xl.

rosarum

4) *Abstracticii & cum spir. vini parati*, e. g.

spirit. anisi

baccar. junip.

ceraforum nigr.

℥j-℥℥.

formicarum

lavendul.

liliorum convall.

mastichis

30) *Succi inspissati*, e. g.

Succ. absinth.

acaciae.

de agresta

berberum

citr.

℥j-℥℥. uti rob.

cydon.

fragorum.

granator.

mororum.

riblum.

31) *Summitates herbarum.*

Harum dosis cum ipsis herbis convenit.

32) *Syrupi*, e. g.

Syr. acetosae,

acetosellae,

acetositat. citr.

absinth.

althaea

bellid.

berberum.

card. bened.

cerafor. acid.

chamomill.

eichor. c. rhabar.

cinna-

cinnamom.	
contrajerv.	
cort. aurant.	
citri	℥ij-℥℥. & ℥j. in po-
flor. acaciae,	tiunculis.
granat.	
heder. terrest.	
papaver. errat	
rosarum.	
scabios.	
de symphyto	
Fernelii.	
violar.	

33) *Tabulae seu morsuli*, e. g.

Tab. diaireos simpl.	
diamargar. frigid.	
manus Cristi simpl.	
& perlatae, seu sac-	
chari prelati.	℥j-℥℥.
imperator.	
ex succo berberum	
citri	
violar.	
contra vermes	

34) *Terrae & iisdem adfinia alcalina*, e. g.

Terra sigillat. Siles.	
rubr. & alb.	
Lemnia	
Japonic. seu carechu.	
bolus armena.	
chelae & oc. cancr.	
C.C. ustum	
philosophic.	
cranium humanum	
corall. rubr ppr.	
crystall. mont.	
croc. mart.	

dens apri	
hippopot.	
mandibul. lucii pisc.	℥ss-℥ij.
matr. perlarum.	
off. sepiae	
unicorn. fossile	
ustum	
ungul. alc.	
Antihecticum <i>Poterii</i> .	
antimon. diaphoret.	℥ss-℥j.
bezoard. mineral.	
35) <i>Tincturae</i> , e.g.	
<i>Tincturae</i> antim.	
aperitivae <i>Moebii</i>	
bezoard. <i>Vvedellii</i>	
corallior.	
cort. aurant.	gutt. xxx-xl.
citr.	
mart.s aperitiv. <i>Ludovici</i> .	
sal. tart.	
fulph.	
36) <i>Trochisci</i> , e.g.	
Troch. bechici alb.	No.l. ll. detinen-
— grysei	tur continue in
— nigr.	ore, . ut sensim
— rubr.	liquefiant & de-
— de Gall. mosch.	glutiantur, alias
— pectoral.	ab ℥ss, ad ℥j. præ-
— sublinguales.	scribuntur.
37) <i>Unguenta</i> , e.g.	
Unguent. <i>Ægyptiacum</i>	
simpl. & composit.	
— alabastrinum	
— ad ambusta	
— album camphor.	
— de althaea	

_____	anodynum	
_____	apostolor.	
_____	de arthanita	
_____	digestiv.	℥ij - ℥j.
_____	de linaria	
_____	nihil ad ocul.	
_____	diapompholyos	
	feu nihil dicti.	
_____	populeon.	
_____	pomat.	
_____	rosat. simpl. &	
	camph.	
_____	nervin.	
_____	rubr. <i>Vvurzii</i>	
_____	virid. potab.	

38] Tandem de *Opiatis de Crocatis* nonnulla sunt adjicienda. Horum enim, praecipue opiatorum, doses debent esse accuratissimae & omni circumspectione definitae. e. g.

Opium cydoniati & fermentati dos. gr. i.

laudani opiatum gr. ii.

\_\_\_\_\_ hysterici gr. iii.

MP. de cynogloss. gr. i. iii.

Tincturae opii c. octuplo spir. vin. parat.  
gutt. i.

croc. orient. pulverisat. ℥ss.

extr. croc. gr. v.

Tincturae croc. gutt. xxx.

39) *Nonnulla medicamenta*, ideo quod *cariora* sunt minori tantum dosi praescribuntur. e. g.

margarit. orient. lapis bezoard. orient. bezoard. solare, ambra, moschus &c.

Nisi enim pretium obstaret, eandem cum aliis dosin possent habere.

# V. ORDO FORMULARUM ET ALIA REQUISITA GENERALIA.

1. Auctores, quia maxime inter se variant, certae quidem regulae de ordine remediorum non possunt dari, sequentia tamen vulgatissimi sunt usus.

1 ] Quae majori dosi praescribuntur, illa rem reliquis praeponuntur, nullo habito respectu ad *basin*, num scilicet primo loco vel alio ponatur.

2 ) Sic v. g. in potiunculis, electuariis, & bolis aquae & conservae, quae tanquam *excipientia* majori dosi praescribuntur, primum in formula occupant locum.

3 ) In *emplastris* autem & *morsulis* *excipientia* reliquis postponuntur.

4 ) Hoc etiam observatur in *decoctis* & *infusis*, quorum reliqua sequente ordine solent praescribi:

a ] radices

b ) herbae & summitates

c ] flores

d ) semina & fructus

e ] cortices.

5 ) In *infusis* autem laxantibus laxantia & digestiva remedia ultimum occupant locum.

2. Ad requisita generalia pertinent etiam *proportio* ingredientium, nempe *baseos*, *corrigentium*, *adjuvantium*, & *excipientium*. e. g.

1 ) In *infusis* & *nodulis* proportionata debet esse quantitas *excipientis*, ut virtus medicamentosa sufficienter extrahi possit.

2 ) In electuariis sufficiens debet adesse quantitas *conservarum* & *syruporum*.

3 ] In potiunculis aquae destillatae ℥j pulveris ℥j aut ℥ss. syrupi vero ℥j circiter addenda est. Sed de his suo loco specialius dicemus.

3. *Signum*, quod in frontispicio formulae occurrit, pro

$\frac{2}{3}$  alii JJ. utuntur.

4. *Characteres*, quibus certa remedia designantur, suo loco quaerendi & discendi sunt.

5. In plerisque formulis pharmacopoeo praescribimus methodum, qua praeparationem medicamenti instituere debeat. e. g. quae formulae per simplicem fiunt mixtionem uti potiunculae, mixturae, pulveres, illarum fini adponitur lit. M. quod significat misce. Ubi vero prolixiori opus est praeparatione, plura adponuntur; id quod suo loco indicabitur.

6. Sub finem formulae adjicimus etiam monitum *ad pharmacopoeum* de capsula, vase, &c. e. g. ad chartam; d. ad Scat. d. ad oll. d. ad. V. d. cum pertinentibus, quod monitum in primis respicit clysteres, quando pharmacopoeus jubetur dare syringam, vesicam, aut alia ad injiciendum clysterem necessaria instrumenta.

7. *Signatura Germanica* formulam claudit. Describitur in illa modus utendi, de qua quidem re sequentia observanda sunt:

1) *Nomen* medicamenti, ubi respectum habemus a] modo ad ipsum morbum, b] modo ad locum adfectum, c) modo ad formam medicamenti, e. g. Pulvis contra calculum: Essenz, Tinctura Stomachica: Pulvis cephalicus roboran. d) Vitetur autem ubique abusus ille vulgaris, qui vilissimas quoque formulas pomposis titulis ornat; e. g. Pulvis cordialis conservans: pulvis cordialis aureus.

*Dosis*, quae necessario addi debet, ne error ab aegrotis in adsumendo committatur. Unde formulis subjicitur: signetur Essentia stomachica de qua quotidie ter 40. guttae sumantur.

*Tempus*, quod interdum etiam additur. e. g. Ma-

ne una hora ante prandium tempore eundi dormitum : vel omnibus duabus aut tribus horis de eo fumendum.

- 4) *Vehiculum*. Hujus etiam interdum mentio fit. e. g. Sumendum in brodio calido, in cocleari pleno vino, in scudella Coffee.
- 5) *Regimen*, quod eum in finem subjicitur, ut medicamenti actio promoveatur, v. g. deinde jejunandum per unam vel duas horas, & quiescendum in lecto, cum moderata copertione.
- 6] Reliqua vero, quae regimen concernunt, locum tantum habent in praescriptionibus illis diffusioribus, quas vulgo, notitias vocant, quasque absentibus communiter transmittimus. Ubi adhuc notandum, quod si plura transmittantur remedia, illa plerumque vel litteris A. B. C. vel numeris 1. 2. 3. notari soleant, ad errorem effugendum. e. g. De hac aqua notata cū littera A. fumantur singulis quatuor horis duo coclearia plena.

## VI. REGULAE GENERALES.

1. Antiqui simplicibus contenti erant medicamentis. Notum enim est, quod non tantum *Hippocratis* & *Galen*i temporibus, verum etiam aliquot seculis post illos de formulis speciosis ac diffusis altum fuerit silentium.
2. Hodie autem formularum conscribendarum abusu & vanitati multum expositum est, dum ingens farrago ad ostentationem & vanā gloriam, immo lucri causa in unum acervum congeritur.
3. Mittimus autem hunc abusum, & de re ipsa profitemur, quod ad divinae sapientiae specimen omni jure referendum sit, quādo quispiam tali iudicio & experientia praeditus est, ut remedia probata seligere, & pro morborum subjectorum, atque reliquarum circumstantiarum diversis rationibus prudenter & concinne combinare possit.

4. Est autem formularum speciale ornamentum *brevitas*. Hinc Medicus formulas longas, quantum fieri potest, evitet. Quando autem in hujus tractatus formulis prolixitas passim occurrit, considerandum omnino est, quod *methodi* causa hoc factum sit, non ut promiscue retineantur, sed seligantur.
5. Sic etiam *variatio* medicamentorum frequens quovis modo fugiatur. Haec enim, vel inconstantiam, vel imperitiam, vel jactantiam, vel plane avaritiam indicat. Excusant autem variationem, quando praecipue in morbis chronicis, ad patientis sensum & captum nos formare cogimur.
6. In praescribendis formulis talia remedia in usum trahenda sunt, quorum consistentia conspirat, & quae se invicem non destruunt.  
Hinc opus est, ut eorum, quae conjungere volumus, mutuam habitudinem satis exploratam habeamus, alias per contrariorum talium conjunctionem speratus effectus impeditur. Contingit hoc facile exempli gratia, quando acida alcalibus & absorbentibus, resinosa, quae facile praecipitantur, pure aqueis miscentur.
7. Excipiendae autem sunt tales formulae, in quibus contraria talia *consulto* combinantur, ut tertium quid inde emergat; id quod solemne praecipue fuit *Sylvio*, qui formulas egregii usus ex aquis destillatis, aceto & oculis cancrialiisque alkalinis concinnavit.
8. *Obsoleta* remedia, parum usualia & maxime ingrata Medicus non praescribat.
9. Non trahat in usum remedia *pretiosa*, quando minus pretiosis eundem commodum & securum effectum potest obtinere. Neque etiam exotica nostratibus remediis ubique praeferantur.

tur. Datur autem non nunquam occasio excipiendi, videlicet quando magnates & divites remedia, quae minoris pretii sunt, adspernuntur & pretiosis curari malunt.

10. *Nova* & experientia nondum probata remedia, nemo facile praescribat, nisi qui iudicio discretionis satis praeditus est.
11. In casibus *dubiis*, vel nulla, vel levia tantum medicamenta praescribenda sunt. e. g. quando non satis constat, num intumescencia abdominis in feminis maritatis pro hydropo vel pro graviditate declaranda sit. Si enim graviditas esset, & remedia hydropica propinarentur, abortus produceretur.
12. Remedia *drastica* in usum non trahuntur, quando mitioribus res peragi potest.
13. Ubi natura *sola* morbum profligare potest, remedia non praescribantur.
14. Subjectorum *temperamentum* & *vitae genus* in praescribendis formulis bene perpendendum, & explorandum simul, qualia remedia optime perferre possint patientes. Satius enim est nullum quam tale medicamentum, a quo natura abhorret, propinare.
15. Remedia *generosa*, quae cum impetu quodam agunt, subjectis debilibus & sensibilibus non sunt ordinanda.
16. Remedia ad *morbum* ipsum, non autem ad quodvis *symptoma* praescribenda sunt. Quando autem symptomata graviter urgent, ipsa necessitas hanc legem frangit.
17. In casibus *desperatis* & *conclamatis* medicamentorum usus non plane negligendus est, ne aegrotum deseruisse videamur. Licet enim morbum ipsum debellare non possimus, symptomatibus tamen mitigandis intenti esse debemus.
18. Non est necesse, ut formulae de *triplici regno*  
sem-

semper constant, neque ut ex uno tantum congerantur.

19. *Suaveolenta & inodora* praeferantur foetidis & nauseosis, ne cardialgia, vel plane vomitus excitetur.
20. *Color turpis*, quantum fieri potest, fugitur. Absit tamen lusus pueris in coloribus per folia auri conciliandis.
21. Summa totius negotii eo redeat, ut in praescribendis formulis viam *tutam*, &, quantum fieri potest, *Jucundam* etiam & *brevem* eligamus.
22. Reliquae cautelae, quae indicandae essent, in *conspectu medicinae practicae* videri possunt.



## T A B U L A II.

## D E

## P U L V E R I B U S.

## I. DEFINITIO.

**P**ulvis est medicamentum siccum, quod vel ex uno tantum simplici ingrediente, vel ex pluribus talibus comminuendo & miscendo paratur.

## II. DIFFERENTIA.

Pulveres differunt

1. ratione *præparationis*, cujus respectu

- 1) alii sunt *grossi*, qui grosso tantum modo, contusi sunt, & *trageae* vocantur, e. g. *tragea grossa cum tabulatis*, *tragea aromatica*; item grossi illi pulveres, qui externe adplicantur.
- 2] Alii *mediae* sunt *subtilitatis*; e. g. *species imperatoriae*, *diacinnamomi*, *diarrhodon Abbatis*, *pulvis stomachicus BircKmanni*.
- 3) Alii sunt *subtilissimi*, qui in pollinem impalabilem, quem vulgo *alcohol* vocant, rediguntur. Huc pertinent illa, quae *præparata* vocantur, e. g. *oculi cancror. præp. conchhae præp. mater perlarum præp. magisterium coralliorum*, & quae alia per chemiam in talem pollinem rediguntur. Spectant etiam ad horum censum pulveres illi subtilissimi, qui oculis mediante calamo insperguntur, & *collyria sicca* aut *Sief. oculorum* vocantur.

2. Ratione *usus*.

- 1) Alii enim *interne* propinantur.
- 2] Alii autem *externae* adplicantur, e. g. pulveres *stiptici chirurgorum*, *exsiccantes*, *collyria sicca tumores*

tumores inflammatorios discutientes, sternutatorii, dentifricii, reliqua.

3. Ratione temporis, quo respectu.

1.) *officinales* vocantur, qui in pharmacopœis compositi jam prostant, e. g. pulvis *stomachicus BircKmanni*, pulvis *Cornachinus*, *specificum jalappae*.

2.) *magistrales* autem dicuntur, qui ex tempore a Medico tanquam *Magistro* praescribuntur.

III. *LATERIA*.

1. Pulveres, qui interno usu veniunt, commodissime parantur ex praeparatis terreis, antimoniatibus fixis & aliis metallicis. Porro ex salibus mediis & nitrosis. Quae vero incommoda ex pulveribus vegetabilibus, interno usui destinatis, eveniant, inferius dicetur. Hinc in ipsis traqueis, quas ordinarie constituunt, per gratam additionem vel sacchari, vel electuarii, vel syrupi cujusdam, nauseam avertere conamur.

2. His pulveribus interne exhibendis interdum talia etiam adduntur, quae per se in pulverem redigi minime possunt, e. g. *extracta & olea destillata*.

3. Plures autem, qui *externae* adplicari debent, potissimum parantur ex vegetabilibus, & eo quidem ordine communiter praescribuntur, ut primum radices, deinde herbae, postea flores, & denique semina, cortices, aromata ponantur.

IV. *DOSIS*.

1. Dosis pulverum admodum variat pro morbi & remediorum conditione.

2. Nonnulli enim morbi plures doses postulant, nonnulli unica profligantur.

3. Pulveres *emetici & purgantes* unica tantum dosi; *alterantes* autem a  $\mathfrak{z}\text{ij}$ . ad integram unciam pro una vice ordinarie praescribuntur.

4. Ceterum tab. i. jam monuimus, quod pulverum dosi pro una vice sumenda  $\mathfrak{z}\text{ss}$ . non facile debeat

beat transcendere.

5. Qui pulveres sunt *diffusi*, e. g. pulvis *stomachicus BircKmanni*, & alii officinales, cultelli cus-  
spide metiuntur. Reliqui vero in certas doses  
usitatis distribuuntur.

6. Nonnunquam unica tantum dosis praescribitur, &  
pharmacepoeo imponitur, ut eandem dupli-  
cem, triplicem, reddat, vel ulterius multi-  
plicet.

## V. REGULAE ET OBSERVATIONES.

1. Quoniam plurimi patientes a pulveribus per na-  
turalem idiosyncrasiam abhorrent, antiquorum  
pulveres crassi penitus fere abrogati sunt. Hinc  
vel ex hoc fundamento pulveres magnae molis  
non facile praescribendi sunt, praecipue quan-  
do vitium deglutitionis vel cardialgia nauseosa  
praesto est.

2. *Vagabilia*, interne in forma pulveris adsumen-  
da, multa inferunt incommoda. Magnam e-  
nim constituunt dosis adsumenda molem, qua-  
rum tamen vix vicesima portio solutione sepa-  
rabilis & efficax est. Praeter ea in vehiculo,  
quo tales pulveres sumuntur, mox turgescunt,  
& uti majorem molem exhibent, ita etiam ma-  
jorem nauseam excitant.

3. Quando autem omnino magna pulverulenta por-  
tio, ob peculiarem aliquem effectum impetran-  
dum, adsumenda est, praestat illam mediante  
quodam syrupo in electuarium, bolum, vel  
aliam formam redigere, vel divisim sumere.

4. *Amara*, e. g. aloe, colocynthis, in pulveribus  
non facile sunt praescribenda. Non solum enim  
nauseam, sed etiam non raro vomitum exci-  
tant. In specie colocynthis quando in substan-  
tia [h. e. in pulvere] adsumitur, immania tor-  
mina & gravissimam hypercatharsin excitat.

5. Pulveres *acres*, *salini*, quando in arrosione ven-  
triculi

triculi praescribuntur, partem arrosam magis arrodunt & inflammant.

6. *Mercurialia* in pulveribus caute sunt propinanda, ne faucibus intimius adhaereant, & hac ratione sinistro effectus causentur. Hinc vel cum aliis speciebus misceri, vel in massulam illam panariam, involui, vel mediante syrupo in aliam formam redigi debent, vel sufficiente potu calido fauces eluendae sunt.

7. *Foetida, mucilaginosa & pingua* in pulveribus, quantum fieri potest, vitanda sunt, e. g. castoreum, gummata, semen psyllii, lini, cydoniorum, sperma ceti.

8. Ex hoc capite *pulvis Haly*, qui ex semine althaeae, malvae, cydoniorum, gummata. Arabico, tragacantho constat, difficillimae est praeparationis, & quoniam ob semina contusa rancorem facile concipit, phthisicis, quibus ordinarie exhibetur, plus saepe nocet quam prodest.

9. Sic etiam *sperma ceti* pulveribus misceri non debet, nisi cum oculis cancri, aut terreis alcalinis probe subigatur.

10. *Resinae purgantium*, nisi cum salibus probe subactae fuerint, intra fauces conglobantur, & postea intestinis adhaerentes, gravia tormina efficiunt.

11. Vitanda etiam est mixtio earum specierum, quae *invicem se destruunt aut corrumpunt*, e. g. vitriolum martis cum arcano duplicato, vel aliis nitrosi aut alcalinis mixtum; item mercurius dulcis cum alcalinis conjunctus. Sic etiam acida pulveribus miscere non convenit. Quando enim cum vehiculo miscentur, ad nauseam spumescunt, e. g. pulvis ille *Kergeri*, qui pro febrisfugo venditur, & ex coralliis, cremore tartari constat. Ex eodem fundamento pulveres absor-

- absorbentes addi non debent potionibus acidulis, neque etiam vinum pro illorum vehiculo sumendum est.
12. *Insipidia* cum omnibus possunt misceri. At vero *salia fixa* & *salsa* cum aromaticis, item cum acribus & amaris minus conveniunt.
  13. *Salia volatilia* pulveribus non facile misceantur. Sapore enim & odore sunt ingrata, & nisi mox adsumantur, vel in vitro quodam probe obturato conserventur, exhalant.
  14. Pulverum ingredientia communiter duo, tria aut quatuor sunt. Quando autem pro pluribus dosibus praescribendi sunt, plura etiam in subsidium vocari solent.
  15. Nonnunquam pulveribus *compositis* officinalibus alia, vel simplicia vel chemica vel composita adduntur; quo casu autem notandum, quod talia non sint addenda, quae ipsam compositionem jam ingrediuntur; nisi quidem hoc vel illud compositi ingrediens consulto augere desideremus. Hoc etiam valet in aliis formulis.
  16. Ut pulveribus, praecipue trageis diffusis, gratum saporem conciliemus, saccharum, aut elaeo-sacchara varia adduntur. Sunt autem elaeo-sacchara nihil nisi saccharum, quod una vel altera guttula olei cujusdam destillati impraegnatum est.
  17. In tali autem casu saccharum ad pondus reliquorum ingredientium sumitur, & litterae ad P. O. i. e. pondus omnium adjiciuntur.
  18. Nonnunquam, ut tanto gratiores hi pulveres grossi reddantur, ex speciebus pro morsulis, aut ex confectionibus seminum, e. g. anisi, foeniculi, cubearum parantur.
  19. *Vehiculum nimis pingue* infringit efficaciam pulverum salinorum & aliorum, Sic etiam pulveres virtute sua privantur, quando tenaci

naci materiae involvuntur.

20. Denique notandum, quod pauca moles, teneritudo, sapor tolerabilis quodam modo etiam odor atque color gratus, pulverem commendet.

## VI. FORMULAE.

1. *Juleporum* differentiam a *potionibus* praecedente tabula monstravimus. His addimus, quod *potiunculae*, ex variis constant ingredientibus, *julepi* autem ex dulcibus tantum & acidis gratioribus.
2. *Veterum* *julepi* a *recentiorum* *julepis* ratione consistentiae & praeparationis differunt. Illi enim sirupi formam exhibent, & mediante coctione praeparantur, e.g. *julepis* rosarum, violarum, gemmatus Norimberg. &c; hi autem sunt tenues, & per simplicem fiunt mixtionem.

## III. MATERIA.

Hic notamus

1. *Basin* seu liquores excipientes, qui sunt multiplices.
  - 1) Modo enim sumuntur *aquae destillatae*.
  - 2) Modo simpliciter *fontanae*.
  - 3) Modo *decocta* varia, e.g. hordei, tamarindorum, citri, scorzonerae, passularum, cornu cervi, cichorei.
  - 4) Modo *infusa* ex floribus.
  - 5) Modo *phlegma* vitriol. mediocriter acidum.
  - 6) Minus autem commode ex *sero lactis*.
  - 7) Modo *vinum* additur.

2. *Ad-*

2. *Addenda* reliqua, quae alterationem & gratum saporem adferunt. Haec sunt

- 1) *Succi* vegetabilium, e. g. citri, ceraforum acidorum, berberum, ribium, rub. id. cydon.
- 2) *Sirupi* varii, in primis qui gratam habent aciditatem, v. g. sirupus acetositis citri, cerafor. acid. berberum, cydon. rib. rub. id.
- 3) *Tincturae* vegetabilium, e. g. rosarum, violarum, flor. aquileg. bellid. papav. rhead.
- 4) *Spiritus* acidi, e. g. spirit. vitriol. sal. tam acidi, quam cum spir. vin. dulces redditi.

3. Nonnumquam *gelatinae* in liquore dissolvuntur, e. g. gelatina cornucervi, id quod plerumque contingit in febribus malignis.

4. Immo interdum *conservae* gratiores cum aquis destillatis teruntur, aut etiam in vase clauso coquantur, & deinde colaturae tinctura quaedam acida, vel spirit. acidus additur.

#### IV. PROPORTIO.

Ingredientium proportio sequens est.

1. *Liquor* habeat partes quatuor, e. g. ℥iv.
2. *Sirupus* vel *succus* inspissatus saccharatus partem unam ℥i
3. *Tincturae* vegetabilium, praecipue si color julepi minus est rubicundus, additur pars dimidia ℥ss
4. *Spirituum* acidorum proportio accurate non potest determinari. Unde pharmacopoei arbitrio relinquitur, adjectis verbis: q. s. ad gratam aciditatem.

#### V. DOSIS.

1. Julepi majori semper quantitate solent praescribi, nempe ℥ss. j-ij ut copiose possit adsumi.
2. Quia enim admodum diffusi sunt, majori dosi, nempe ad ℥j-iiij adsumuntur.

#### VI. USUS.

1. Julepi, uti quoad saporem, odorem & colorem ordinarie satis grati, & in praxi familiares sunt  
ita

Ita utilitatem etiam suam experientia probant. Ob fluidam enim, quam habent, consistentiam, ad intimiores partes facile penetrant.

2. Praecipue autem locum habent in febribus acutis, biliosis, ardentibus &c. quando vires sunt prostratae & omnia pathemata exacerbata, nempe ubi fitis, aestus, anxietas maxime urgent; modo sapor non adeo dulcis, sed subacidus fit.
3. Quando autem pro potu ordinario tum eliguntur, satis debent esse diluti, & parum acidi, ne aegri damnum inde experiantur.

### VII. REGULAE.

1. Quoniam julepi ordinarie pro scopo recreante & situm sedante praescribuntur, eo respiciendum est, ut ingredientia huic fini respondeant, & gratissima sint.
2. Non ingrediantur julepos obscura, pulverulenta, crassae conservae, sirupi turbulenti, spissa electuaria.
3. Quando sirupi acidi jam praescripti sunt, cavendum est, ne spiritus minerales insuper praescribantur, alias julepus nimis fit austerus, adstringens, & a conveniente sapore, qui inter dulcedinem & aciditatem medium tenere debet, nimiam desleat.

### VIII. FORMULAE.

1. *Temperantes, analeptici.*

1) ℞ Aq. ceras. nigr.

borrag.

bugloss. ana ʒ iſs

nymph.

cinnam. cydoniat ana ʒ i

sirup. ceras acid.

rub. id.

acetosif. citr.

cydon. ana ʒ iſs

eliss. antim. sulphurat. q. s. ad gratam aci-

aciditatem.

M. d. S. Julepus roborans, de quo in calore &  
lassitudine coclear plenum sumatur.

2) ʒ Aq. scord.

scorzon.

flor. acac.

sambuc.

C. C. citr. ana ʒ i ss

sirup. berber.

rib. ana ʒ vj

succ. citr. recent. ʒ ss

tinct. rosar. ʒ ij

M. d. S. ut supra.

3) ʒ Aq. plantag.

cichor.

galeg.

fragar.

rosar.

naph. ana ʒ i

sirup. acetos. citr.

ceras. acid.

granat. acid. ana ʒ vi

conf. alkerm. incompl. ʒ ii

spirit. vitr. q.s. ad gratiam.

M. S. ut supra.

4) ʒ Decoct. hord. ʒ i

sirup. berber.

rib.

rub. id. ana ʒ j

tinct. flor. tunic. ʒ ss

spirit. nitr. dulc. ʒ ss

M.

5) ʒ Decoct. tamarind. ʒ i

succ

succi citr.  
 ceras. acid.  
 cydon.  
 berber. ana ℥vi  
 sirup. granat. acid. ℥ss  
 spirit. nitr. dulc. ℥ss  
 M.

6) ʒ Decoct. C.C. cum rad.  
 scorzon. ℥i.  
 succ. ceras. acid.  
 citr. recent.  
 rib.  
 berber. ana ℥vi.  
 tinct. viol. unc. semis.  
 sirup. violar.  
 rub. id. ana ℥i.  
 M.

7) Flor. rofar.  
 violar.  
 tunic.  
 papav. errat. ana P. ii  
 infund. in aq. calid. ℥i.  
 colat. add.  
 gelatin C.C. citrat. ℥ii.  
 sirup. cinnam. cydon.  
 viol. rub. id. ana ℥ss  
 M.

8) ʒ Aq. simpl. ℥i.  
 sirup. acetos. citr.  
 rub. id.  
 berb. ana ℥i  
 spir. vitr. q. s. ad gratum  
 acorem.  
 M.

2. *Julepi incrassantes.*1)  $\mathcal{V}$  Aq. sanic.portulac. ana  $\mathfrak{z}$  iv

rob. cydon.

granat. ana  $\mathfrak{z}$  sssucc.citr. rec.  $\mathfrak{z}$  iiispirit. nitr. dulc.  $\mathfrak{z}$  ii

M.

2)  $\mathcal{V}$  Aq. C. C. citr.

millefol.

plantag. ana  $\mathfrak{z}$  ii

rob. rib.

cerafor. acid. ana  $\mathfrak{z}$  ss

tinct. flor. tunic.

rosar. ana  $\mathfrak{z}$  iisirup. acetos. citr.  $\mathfrak{z}$  j

M.

D E

E M U L S I O N I B U S.

I. DEFINITIO.

**E** Mulſiones ſunt medicamentum liquidum, album, jucundum, ex ſeminibus lacteſcentibus, praecipue autem ex nucleis amygdalatis, mediante aqua ſimplice vel deſtillata, paratum.

II. MATERIA.

1. Ad emulſionum compoſitionem in uſum trahuntur *ſemina lacteſcentia*, qualia ſunt.

- 1) Semen cardui mariae.
- 2) - - cardui benedicti.
- 3) - - citri
- 4) quatu- | cucurbitae.
- 5) or fri- | melonum.
- 6) gida | citruli.
- 7) ſemina | cucumerum.
- 8) Semen aquilegia.
- 9) - - carthami.
- 10) - - papaveris albi.
- 11) - - raparum.
- 12) - - api
- 13) - - cannabis, &c.

2. *Nuclei*, quorum praecipui ſunt:

- 1) Nucl. amygdalarum dulcium.
- 2) - pineae
- 3) - piſtaceae

3. *Liquor* emulſionum variat pro circumſtantiarum & morborum conditione.

- 1) In genere ſimplex eſſe debet, ita ut neque co-  
I 2 lore

lore neque odore ingrato scopum emulsio-  
nis pervertat.

2) Frequentissime omnium in usum trahuntur  
*aquae destillatae* simplices, morborum in-  
doli adpropriatae, e. g. quando diaphoresis  
excitanda est, aquae diaphoreticae, ad diu-  
resin, diureticae sumuntur.

3) Reliqua excipientia usualia sunt: *aqua sim-  
plex, decoctum hordei; avenae, cornu cervi &c.*

4. Alia emulsionibus adhuc adduntur. Huc per-  
tinent:

1) Quae gratiam eis conciliant, qualia sunt:

a) Saccharum Canariense perlatum.

b) Sirupi albicantes, nempe sirup. de nymph.  
alth. papaver. alb.

c) Julepi rosarum & violarum.

2] Quae vires illarum augent: sunt haec

Pulverulenta albicantia, (quae tamen ordi-  
narie emulsiones non intrant) e. g.

a) oc. cancr. simpliciter præp. & citrati.

b) Mater perlarum præp.

c) Magister. dent. apri.

d) - - mandib. lucii

pisc.

e) Cornu cervi philosoph. præp.

f) Lapis percarum.

g) antim. diaphoret.

h) bezoardicum minerale

i) spec. de hyacinth.

k) margaritae præp.

### III. ORDO.

1. Praeparantur emulsione per contusionem &  
expressionem.

2. Videlicet semina vel nucleï post excorticatio-  
nem in mortario contunduntur. Postea liquor  
conveniens successive adfunditur, qui partes  
oleosas

oleosas feminum imbibit.

3. Quando semina hac ratione sufficienter contrita sunt, & laudabiles eorum partes sub frequenti agitatione per liquorem ad fustum absorptae sunt, liquor per linteum filtratur, semina fortiter exprimuntur. Sic provenit liquor lacteus, emulsio dictus.
4. Haec de ordine *praeparandi*. Quoad ad ordinem *praescribendi* ( quae primum locum habeat ) attinet, variat ille pro artificis voluntate. Nonnulli enim praemittunt liquorem emulgentem, nonnulli semina emulgenda. Post ea pulverulenta, si adsumantur, subiiciunt: & denique saccharata formulam claudunt.

#### IV. DOSIS.

1. Ingredientium portio pro maiore vel minore emulsionis quantitate variat.
2. *Semina* praescribuntur communiter ab  $\mathfrak{z}$  ss. ad  $\mathfrak{z}$  i immo nuclei interdum ad  $\mathfrak{z}$  ii.
3. Liquoris quantitas reliqua ingredientia plerumque sextupla, immo octupla portione superat: prout nempe emulsio spissior vel dilutior desideratur. Immo nonnunquam dosis liquoris in formula non definitur, sed pharmacopoei iudicio relinquitur, adpositis signis: q.s.
4. Et sic quaevis  $\mathfrak{z}$  i. seminum requirit fere  $\mathfrak{z}$  i. liquoris, & parum sacchari, ad gratiam obtinendam. Quando autem peculiarem effectum a feminibus exoptamus, maiore portione adsumuntur.
5. Quando pulverulenta adjicere placet, cuius unciae emulsionis adduntur  $\mathfrak{z}$  ii. pulv. De pretiosis autem, e.g. margaritis,  $\mathfrak{z}$  j. sufficit.
6. Tota emulsionis quantitas subsistit ordinarie intra  $\mathfrak{z}$  iii.  $\mathfrak{z}$  vi. Amygdalinae autem, quia maiore dosi propinantur, ad lib. i. lib. ii. interdum praescribuntur. Cavendum autem, ne acecant,

- & ita oblatae, multas turbas excitent.
7. Praescribitur etiam interdum emulsio, quae *uno haustu* sumitur, atque haec.  $\frac{3}{4}$ i -  $\frac{3}{4}$ ii ordinarie continet. Fit hoc, quando scopum emeticum vel catharticum intendimus, ac priore casu, e. g. tartar. emeticum, posteriore autem resinam jalappae, cum vitello ovi solutam, adjicimus. Vid. regul.
8. Ceterum emulsiones in morbis ordinarie versus somnum propinantur, & pro unica dosi cochl. i. ij. singulis binis vel ternis horis exhibentur.

## V. USUS.

1. Emulsio, tanquam lac artificiale, ordinatur potissimum a Medicis pro scopo analeptico, nutriente & temperante, nonnunquam pro laxante & alio scopo, uti *formulae* docebunt.
2. Et quoniam non solum jucundissima est formula, sed & ob liquidam sui consistentiam intimiora corporis facile penetrat, tanto magis commendari meretur. In quibus autem casibus noceat, sub *regulis* indicabimus.
3. Nonnunquam emulsiones pro *externo* usu praescribuntur, e. g. ad *oculos*, quae ex aquis ophthalmicis, nucleis lenientibus, & paucis camphorae granis parantur.
4. Sic & linteis mediantibus pro *capitis dolore* ordinantur, & hae ex aquis discutientibus cephalicis, nucleis persicorum, seminibus sedativis & camphora, omisso saccharo, praeparantur.
5. Non minus tales emulsiones *loco gargarismatum*, faucibus inflammatis destinantur.

## VI. REGULAE.

1. Quoniam *lactescentia* tantum semina emulsiones ingredi debent, excludenda sunt talia, quae albicante medulla carent. Hinc semina *anisi*, *carvi*, *foeniculi* &c. minus commode emulsionibus adduntur, quia liquori albedinem non conciliant.
2. Sic & *mucilaginosa* liquorem tantum mucilaginosum,

sum, non autem album reddunt. Hinc ex sul-  
lent semina *cydon. psyll. lini &c.*

3. Semina *rancida* gratiam, quam emulsiões ex-  
poscunt, pervertunt.
4. Semina *acria & calida*, uti sunt semen *nasturtii*,  
*quatuor semina calida majora & minora*, merito,  
excluduntur. Emulsiões enim non exagitandi  
sed temperandi scopo praescribuntur.
5. Ut paucis dicamus: cavendum, ne quidquam  
recipiamus, quod.
  - 1) vel colorem lacteum turbare,
  - 2) vel emulsionem praecipitare,
  - 3) vel ingratum saporem & odorem conciliare  
possit. Itaque pulverulenta non debent esse *salina*,  
licet *nitrum* refrigerandi scopo locum habeat.
6. Hinc *analogia* saltem emulsio est, quae pro sco-  
po purgante ex resina *jalapp. scammon. item quae*  
*ad aperiendum & expellendum ex gumm. ammo-*  
*niac, terebinth. myrrh. &c.* paratur.
7. *Saccharo* edulcorare emulsiões nemo deterreatur.  
Quae enim individua non tolerant res dulces, ne-  
que emulsiões tolerabunt.
8. *Semina frigida* ad effectum refrigeratorium steri-  
lia sunt, & quoniam emulsiões reddunt mucosas  
ac magis flatulentas, praescriptio illorum fugiatur,  
non obstante vulgatissima observantia.
9. Corrigitur *flatulentia* emulsionum additione salis  
cujusdam medii, e. g. tart. vitriolati, arcan. du-  
plic. nitri antimoniatum item moderata additione  
aquae cinnamomi, vel alterius convenientis spiri-  
tuosa.
10. Emulsiões, quas *acida* ingrediuntur, commo-  
de non combinantur cum talibus pulverulentis,  
quae per acida facile solvuntur, sed melius adhi-  
bentur ea, quae talem ab acidis solutionem non  
concedunt, e. g. antimon. diaphoret.
11. Sunt, qui ad gratum saporem *manus Christi per-*  
*latas,*

- latas*, aut *sirupos albicantes* recipiunt. Sed uti priores curiositati & splendori magis inserviunt, ita posteriores emulsionum puritati non respondent.
12. Pro liquore emulsionis non conducit sumere spirituosam, e. g. *vinum*, *assentias*, sic etiam *serum lactis* minus convenit, ob salinas quas possidet, particulas.
13. Neque etiam convenit, emulsiones *nimis saturatas* reddere.
14. Commixtio *oleosorum* subtilium cum *aqueis* immediate fieri non potest, mediate per salia & spiritus ardentes satis difficulter succedit & limitata existit. Per *emulsiones* autem & *saccharum* promte & commode obtinetur.
15. Ita enim cum emulsionibus subjugantur *olea destillata*, *camphora*, *tenaces resinae*, e. g. *jalappa*, *scammon*, *guajac*. Videlicet resina teritur primum cum paucis amygdalis dulcibus, quibus deinde plures adjiciuntur, & ut moris est, sub continua tritura, adjecta paullatim liquoris proportionata quantitate, subiguntur.
16. Mediante autem *saccharo* fit *elaeosaccharum*, nempe guttae iv. v. cum ℥j. vel majore portione sacchari albissimi subtiliter teruntur. Deinde hoc elaeosaccharum cum aquaeo quodam liquore dissolvitur. Hac enim ratione potior pars sine successione vel supernatione imbibitur.
17. Emulsiones *pulverulentae*, ex *margaritis* & aliis pretiosis paratae, prae aliis eximiam non habent praerogativam. Hinc probe dijudicandum est, num circumstantiae concedant, ob hanc vulgarem persuasionem & credulitatem, exiguam autem utilitatem, sumtus augere.
18. Nocent emulsiones & in caseosam crassitiem degenerant, quando primae viae saburra biliosa & acida occupatae, vel ipsi humores intemperie tali aut plane maligna obsessi sunt.

## VI. FORMULAE.

1. *Purgantes.*

- 1)  $\mathcal{R}$  Resin. jalapp. gr. viii  
terantur cum vitello ovi,  
add.

aq. rosar.

flor. acac. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$

cinnam. f. vin.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ii}$

f. l. a. emulsio, colat.

add.

facch. perlat.  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$

M. d. S. Emulsio laxans pro una vice.

- 2)  $\mathcal{R}$  Resin. scammon. gr. vi.  
terantur cum paucis a-  
mygd. dulc. excorticat.  
add.

aq. fragor.

rosar.

acac. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{iii}$

tab. man. christ. perlat.  $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$

M. S. ut supra.

2. *Diaphoreticae.*

- 1)  $\mathcal{R}$  Aq. card. bened.  
scord.

galeg. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ii}$

amygd. dulc. excortic.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$

f. l. a. emulsio, colat.

add.

conch. præp.

antim. diaphor. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$

facch. canar. q. s.

M.

- 2)  $\mathcal{R}$  Sem. card. mai.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$   
aquileg.

citr.

citr. ana ℥i

Aq. scorzon.

galeg.

rub. id. q. s.

f. l. a. emuls. colat. ℥vi

add.

oc. cancr. præp.

matr. perlar.

bezoard. mineral. ana ℥i

facch. perlat. q. s.

M. d. S. Emulsio sudorifera, de qua omnibus  
duabus horis duo coclearia plena suman-  
tur.

3) ʒ Sem. card. bened.

amygd. dulc. ana ℥iii

aq. scabios.

flor. sambuc.

card. bened. q. s.

f. l. a. emuls. colat. ℥vi

add.

mandibul. luc. præp.

oc. cancr. citrat.

antim. diaphor. ana ℥i

M. d. cochleatim.

4) ʒ Amygd. dulc. ℥℥

sem. card. mar.

aquileg. ana ℥ii

mucilag. hord. q. s.

f. l. a. emuls. colat. ℥viii

add.

bezoard. min.

dent. apri

cryftall. mont. ana ℥℥

facch. perlat. q. s.

M.

Diure-

3. *Diureticae.*

1) ℥ Sem. violar. ℥ss

mil. folis

cartham. ana ℥ii

aq. fragor.

chaerefol.

veron. q. s.

f. l. a. emuls. colat. ℥ viii

add.

oc. cancr. citr. ℥i

facchar. canar. q. s. ad gratiam.

M. S. Emulsio diuretica, cocleatim sumenda.

2) ℥ Amygd. dulc.

sem. mil. folis

violar. ana ℥ii

aq. petrosel. q. s.

f. l. a. emuls. colat. ℥ vi

add.

spir. fragor. ℥ii

facchar. canar. q. s.

M.

4. *Antiphthisticae & vomicar.*

1) ℥ Rub. sulph. gr. vi.

balsam. gr. xv.

amygd. excortic. no. xx.

aq. hyssop.

scabios.

scord.

tussilag. ana ℥i

f. l. a. emuls. improp. dicta, c. facch. vel

sirup. de simph. Fernel. q. s. edulcoranda.

M.

2) ℥ Gumm. juniper.

mastich. ana ℥i

terebinth. coct.

balsam.

balsam. de Copaju. ana  $\mathfrak{z}$  i  
 terantur c. amygd. excort.  $\mathfrak{z}$  i  
 f. l. a. c. aq. veron.

hyssop.

chaerefol.

tussilag. ana q. s.

emulsio.

colat. add.

oc. cancr. citr.  $\mathfrak{z}$  i

facchar. canar. q. s.

M.

5. *Abstergens in ulceratione renum & vesicae.*

$\mathfrak{z}$  Terebinth.  $\mathfrak{z}$  ii

vitell. ovi,

mell. despumat. ana  $\mathfrak{z}$  iii

aq. fragor. q. s.

M.S. duo coclearia plena quater quotidie sumenda.

6. *Resolvens in stasibus inflammatoriis.*

$\mathfrak{z}$  Sem. card. mar.

pinear. mund.

amygd. dulc. ana  $\mathfrak{z}$  ii

aq. card. mar.

chaerefol.

scabios. q. s.

f. l. a. emuls. colat.  $\mathfrak{z}$  vi

add. antimon. diaphor.

dent. apri ana  $\mathfrak{z}$  ss

fir. de alth. Fernel.

q. s. ad gratiam.

M.

7. *Incrassantes.*

1)  $\mathfrak{z}$  Amygdal. dulc.  $\mathfrak{z}$  ss

sem. cannab.

lactuc.

laetuc. ana ℥ ii  
 decoct. C. C. seu  
 gelatin. C. C. dilutior q. s.  
 f. l. a. emulsio, colat. ℥ viii  
 add.  
 conch. præp.  
 ebor. ust. ana ℥ ii  
 M.

2) ʒ Nuc. pin.  
 pistac.  
 sem. 4. frig. mai. ana ℥ iii  
 aq. plantag.  
 nymph.  
 portulac. ana q. s.  
 f. l. a. emulsio, colat. ℥ vi  
 add.  
 crystall. mont. ℥ i  
 sacch. perlat. q. s.  
 M.

3) ʒ Amygd. dulc.  
 nuc. pin.  
 pistac. ana ℥ ii  
 f. c. mucilag. aven. q. s.  
 emulsio.  
 colat. add.  
 sacch. q. pl.  
 detur cochleatim.

8. *Temperantes, anodynae.*

1) ʒ Amygd. dulc.  
 pinear. mund.  
 sem. papav. alb.  
 citri ana ℥ ii  
 aq. rub. id.  
 portulac.

cichor.

cichor.

nymph. ana q. s.

f.l.a. emuls. colat. ℥ viii. add.

matr. perlar.

cryfall. mont. ana ℥ ii

sacch. perlat. q. s.

M.

2) ℥ Sem.4. frig. mai.

hyoscyam. alb.

cannab.

agn. cast. ana ℥ ii

f.l.a. emulsio c.s. q. mucil.

hord. colat. ℥ viii. add.

conch. præp.

spir. diaphor. ana ℥ ii

sacch. canar. q. s.

M.

9. *Analepticae.*

1) ℥ Amygd. dulc. ℥ fs

pinear. mund. ℥ ii

f.c. f. q. decoct. C. C.

emulsio. Add.

aq. cinnam.

bugloss. ℥ i. edulcoretur

sacch. perlat. q. s.

M.

2) ℥ Crust. pan. superior. ad-

fund. per dimid. hor. aqu.

simpl. calid. mens. j

filtretur, coquatur cum

modica portione aven.

excortic. contus.

M.

℥ Co-

℥ Colat. ℥ viii  
 amygd. dulc. ℥ i  
 f. l. a. emuls. adfund.  
 aq. 4. flor. cordial ℥ ss  
 M.

10. *Emulsiones pro externo usu.*

1) ℥ Nucl. persicor. ℥ ss.  
 sem. papav. alb.  
 hyoscyam. ana ℥ iss.  
 camph. c. amygd. aliquot  
 excortic. tritae gr. viii  
 f. l. a. c. aq. verben. betonic.  
 plantag. flor. nymph. ana  
 q. s. emulsio.

D.S. Emulsio temperans, in qua lin-  
 teola humectanda, & in dolore  
 Capitis temporibus & fronti ap-  
 plicanda.

2) ℥ Camph. c. amygd. excortic.  
 tritae gr. vi  
 aq. euphras.  
 rosar.  
 caicatrip.  
 cyan. ana ℥ i  
 f. l. a. emulsio S.

Emulsio separans guttatim in oculis  
 inspergenda.

## T A B U L A XIII.

## D E

## I N F U S I S.

## I. DEFINITIO.

**I**Nfusa sunt medicamenta liquida seu liquores, in quibus radices, herbae & alia, ad infundendum apta, macerantur, ut horum virtute imbuantur.

## II. DIFFERENTIA.

1. *Infusa* quam parum a *decoctis* differant, sequens tabula docebit.
2. Distingunt auctores infusa in
  - 1) *calida*, quando certae specierum dosi proportionata portio aquae ferventis adfunditur, & post aliquam digestionem, instar infusi thee, calide sumitur. German. vocatur; Thee herbaceo *Thee*. Haec autem calida infusa, quoniam communiter leni coctione parantur, ab aliis *decocta per infusionem* vocari solent. Et in
  - 2) *frigida*, quando toti specierum portioni vinum frigidum adfundunt, & post virium extractionem successivis dosibus frigide bibunt. German. vocantur: Vinum herbaceum. Quando autem tales species linteolo aut sindoni includuntur, latine *noduli*, german. adpellantur.
  - 3) Dantur quoque infusa, quae ex solis cineribus & aquis convenientibus praeparantur, & *lixivia* vocantur, qualia in hydrope praecipue adhibentur.

## III. MATERIA. Hic notamus.

I. In-

1. *Ingredientia*, quae licet ex triplici regno sumi soleant, potissimum tamen ex vegetabili petuntur, de quo *selectu* sequentia observanda sunt :

1 ) Tales sunt eligendae species, quarum virtus medicamentosa a menstruo vinoso facile solvi & imbibiri potest. Huc praecipue pertinent vegetabilia, quae principia habent leniter sulphurea, resinosa, non aequae mucilaginosae, e.g. herbae, flores, & nonnullae radices, quae non adeo compactae sunt.

2 ) Quae vero species *magis compactae* sunt, e.g. ligna, radices compactiores, metalla &c. fortiori indigent coctione, atque hinc ad infusa eligi non debent.

3 ) Quando infusum *laxans* praescribitur, radices rhabarb. bryon. agaric. polypod querni, fibr. ellebor. nigri, & fol. sennae eliguntur, conjunctis corrigentibus, praecipue carminativis.

4 ) Infusa *emetica* simpliciter parantur ex.gr. i v. vi. vitri antim. cum aliquot unciis vini adfufis, & leni digestionis expositis.

2. *Liquorem seu menstruum.*

1 ) Menstruum infusorum frigidorum ordinarie est *vinum*. In laxantibus autem infusis species *aqua fervida* prius humectari, & quando refrixerunt, *vinum* adfundi debet, ut virtus specierum hoc modo facilius extrahi possit.

2 ) Hoc vinum debet esse *subacidum*, e.g. Rhenan. Mosellan.

3 ) *Dulcia* autem *exotica* & *generosa* vina ob pinguedinem suam principia specierum sulphurea commode non solvunt, atque hinc infusis parandis non conveniunt.

4 ) Praeter ea *sal* quoddam *digestivum* in vino tali subacido solvitur, e.g. crem. tart. aqu. sol. tart. crystalli tart. arcanum tartar. Hac enim

ratione menstruum altius in remedia penetrat.

5) Infusa *calida* menstruum exposcunt *aquosum*.

#### IV. ORDO ET DOSIS.

1. Infusa hoc *ordine* praescribuntur, ut primo loco radices, deinde herbae & folia, tum flores & semina, post ea aromata, & denique, si laxantem finem habeamus, laxantiae cum salibus & aliis digestivis ponamus. Hae species partim inciduntur, partim contunduntur. Unde formulae subjicitur: incis. contus. gross. mod. d. ad ch. &c.
2. *Herae*, folia & flores, qui copiosius haberi possunt, praescribuntur ad M.j. ij. Folia autem *senae* unciatim.
3. Flores autem *aromatici* & *rariores* ad P. j-ij.
4. Radices & fructus ad ℥j-ij
5. Semina acriora, aromata & salia ad ℥j-ij
6. Infusum vomitorium, ex antim. paratum, ad ℥j
7. Infusum purgans vix ad Mj, e. g. rad. ℥j-℥i℥. herbarum collectim Mifs- ij flor. p. iv. - vi. sem. ℥ij ℥ss. aromat. ℥j - ij. purgant. ℥vj - ℥j
8. Infusum alterans ad Mij.
9. Adfunditur vini sextuplum aut octuplum, vel ad ℥iv. specierum, vini ad minimum mens. j.
10. Species concisae & contusae praescribuntur
  - 1) vel ad *chartam*, ut domi sacculo aut nodulo includantur.
  - 2) vel in officinis statim *sacculo* immittuntur, & tum formulae subjicitur: incis. contus. gross. mod. includ. sacculi ex sindone rubra.
11. *Signatura* infusorum varia est.
  - 1) Vel enim simpliciter signantur: species pro nodulis, & tum reliqua, quae ad ulteriorem praeparationem pertinent, aegrotorum adstantibus praecipuntur.
  - 2) Vel praeparatio proluxius signaturae adjicitur,

- v. g. S. Species pro nodulis laxantibus in uno sextuario aquæ ferventis coquendæ, & postquam friguerint tres sextarii vini affundendi, de quo vino mane tepidè dimidia pars sextarii bibenda.
12. Species liquori infusæ aliquandiu in *digestione* relinquuntur. Hinc formulæ subjicitur: relinquatur in digestione per 6. horas, per noctem &c.
13. Post sufficientem autem extractionem infusum in *cella* adservatur. In calido enim loco quando diutius manet, facile fermentescit.
13. *Aestivo* tempore species quidem sufficiente quantitate præscribuntur, ob facilem autem infusi acescentiam non tota portio, sed aliqua tantum illius pars pro una vice infunditur.
15. *Dosis* infusorum subscripto, hæc vulgo notatur: Poculum plenum mane, & post prandium bibatur.
16. Atque hæc dosis vel decantando, vel, præcipue sub finem, transcolando a reliqua portione sumitur.

## V. USUS.

1. Infusorum formulæ uti satis sunt familiares, ita & in variis adfectibus, si prudente ratione & selectu paratae sint, efficaciam exerunt insignem. Liquida enim talia egregie penetrant, aperiunt, attenuant, resolvunt, & abstergunt.
2. Hinc in *menstruo* & *haemorrhoidum* obstructione, in *ictero*, *febre quartana* & aliis *intermittentibus* salutariter præscribuntur.
3. Præcipue autem familiarissimus est usus illorum infusorum, quæ *vernali* tempore ad *sanguinem mundificandum* ordinantur, & in nonnullis Germaniæ regionibus potus Maii vocantur. Hæc infusa ita communiter concinnantur, ut non simpliciter per catharsin operentur, sed simul incidendo, resolvendo & corrigendo

efficaciam suam exerant. Hinc a schola medica *laxantia*, seu *infusa per epicrasin*, appellantur.

4. Eundem sanguinis mundificandi finem habent *vina herbacea*, infusa illa, quae cum magna vini quantitate, adjectis aromatibus, passulis majoribus, saccharo, pomis dulcibus, radicibus & herbis antiscorbuticis, stomachicis &c. parantur, & in futuros usus conservantur. Germ. dicuntur: *Vina herbacea*, herba stomachica, *Absinthium*, herba *Lachlearia* vinum enuli.
5. Res ipsa loquitur, quod infusa, quae sunt *adverse saporis*, magis adultis quam infantibus conveniant.
6. Pro usu externo infusa non praescribuntur.

#### VI. OBSERVATIONES.

1. Infusa cum *sero lactis* parare, vel *sirupos* aut *succos*, v. g. de pomis Borsdorffianis, iisdem addere, minus convenit. Quando cum cerevisia fermentante species infunduntur, liquor vocatur.
2. Tam infusorum quam decoctorum commendatio est, ut non *sopore* tantum, sed & *colore* non adeo innamoena sint.
3. Caveatur autem, ne, dum amarum saporem corrigere intendimus per *saccharata*, flatulenta & colica pathemata in primis viis excitemus. Tacemus, quod saccharum saporem adversum penitus non auferat.
4. *Radix ari* nunquam omittatur, quando infusum ad menses provocandos praescribendum est.
5. *Terrea*, *pinguia* & *mucilaginosa* infusis minus conveniunt.
6. *Emetica* infusa ex *antim. parata*, ante adsumptionem per chartam emporeticam filtrentur, ne quid de substantia antim. hauriatur, & hyperemesis inducatur.

## VII. FORMULAE.

## 1. Emeticae.

- 1) ʒ Vit. ant. pellucid. gr. viii  
 infund. cum vin. Rhenan. ʒ ii  
 stent per noct. filtr.

S. Potio emetica pro una vice.

- 2) ʒ Croc. metallor. gr. vi.  
 infund. per noct. c. vin.  
 Rhen. ʒ. ii.  
 filtr. S. ut antea.

## 2. Laxantes.

- 1) ʒ Rhabarb. elect. ʒ i.  
 fol. fenn. f. stip. ʒ ii  
 crystall. tart.  
 femin. carv. ana ʒ i.  
 Infund. per noct. in f. q.  
 aq. ferv. mane parum  
 bulliat. Colat.  
 add.  
 mann. elect. ʒ vi.  
 d. pro dosi.

- 2) ʒ Mann. elect. ʒ iii. solv.  
 in aq. ferv. lib. ii. In  
 colat. infund.  
 rad. cichor.  
 polypod. ana ʒ ii.  
 summit. cent. min.  
 absinth. ana Mss.  
 fol. fenn. ʒ vi.  
 rhabarb. elect. ʒ ii.  
 crem. tart.  
 cort. aurant.  
 stent in digest. per noctem  
 mane sol. c. levi expressione

d. ad vitr. S. Potio laxans, de qua omnibus  
tribus horis poculum plenum calide bibatur.

3) ʒ Rad. 5. aperient. mai. ʒ ii.

ononid.

scorzoner. ana ʒ i

summit. card. bened.

cent. min. ana Mß.

fol. fenn. ʒ iß

fibr. elleb. nigr.

rhabarb. elect. ana ʒ ii

cort. aurant.

tamarisc. ana ʒ iii

sal. absinth.

genist.

tartari ana ʒ iß

adfund. aq. ferv. ʒ iß

refrigerat. add. vin. Rhen.

ʒ iv. dos. ʒ vj. in hydrope.

4) *Infusum laxans in ictero.*

ʒ Rad. cichor.

tarax.

vincetox.

pimp. alb. ana ʒ iii

Herb. capill. ven.

marrub. alb.

abrotan.

summit. cent. min. ana

Mß

fem. foenic.

carv. ana ʒ iß

fol. fenn. s. st. ʒ i

rhabarb. elect.

fibr. elleb. nigr. ana ʒ ii

tart. solub. ʒ iß

Inc. adfund. aq. ferv. ʒ j

& quando refrixit, add.  
vin. Rhenan. ℥ iv.  
Dof. ℥ vi. & ultra.

5) *Infusum laxans carminativum.*

℥ Rad. gent. rubr.  
caryophyllat. ana ℥ iii  
galang. ℥ ii  
ari ℥ i ss  
Herb. meliss.  
menth. crisp.  
summit. cent. min. ana M ss  
rhabarb. elect. ℥ ss.  
fibr. ellebor. n. ℥ ii  
sem. fœnic.  
cort. Vvinteran. ana ℥ ii  
cinnam. ℥ i  
fal. tart.

Incis. contus. infund. in vin. bon. alb.  
℥ iv. Dof. ℥ vi

6) *Infusum laxans in quartana.*

℥ Rad. ari ℥ ii  
pimp. alb.  
vincetox.  
irid. Flor. ana ℥ iii  
Herb. cuscute.  
epithym.  
summit. cent. min.  
marrub. alb. ana M ss  
fol. fenn. Alexandr. ℥ vi  
fibr. ellebor. n. ℥ iii.  
rad. bryon.  
polypod. ana ℥ ii  
cort. citr.  
aurant.  
tart. vitriolat.

Incis. adfund. l.a. dos.  $\mathfrak{z}$  vi. mane.

7) *Nodulus laxans in hist. mors.*  
*Uratislau. ad hydropem laudatu.*

$\mathcal{R}$  Rad. enul.

asar. ana  $\mathfrak{z}$  ss.

Herb. salv.

eupator.

cichor.

veron.

cuscut. ana Mi.

gran. paradif.  $\mathfrak{z}$  iss.

mac.  $\mathfrak{z}$  i.

sem. cartham.

anif.

petrosel. ana  $\mathfrak{z}$  iii

rhabarb. elect.  $\mathfrak{z}$  ii.

Coq. in vin. mens. iii. colat.

$\mathcal{R}$  lib. iii. add.

sirup. Byzanth.  $\mathfrak{z}$  iii

M. f. potio, pro robust.

$\mathfrak{z}$  vi.

NB. Haec. form. ad po-  
 riones referatur.

8) *Nodulus laxans in lue venerea.*

$\mathcal{R}$  Rad. bacdan. mai.  $\mathfrak{z}$  i.

chin.

sarsap. ana  $\mathfrak{z}$  ss.

lign. juniper.

guaiac. ana  $\mathfrak{z}$  ss.

sassafr.  $\mathfrak{z}$  ii.

herb. saponar. Mii.

fol. fenn. s. st.  $\mathfrak{z}$  iss.

fibr. ellebor. n.  $\mathfrak{z}$  ss.

tart. solub.  $\mathfrak{z}$  iii

Incis. contus. infund. in aq. f.

ferv.

ferv. lib. iii.  
 refrigerat. add.  
 vin. alb. lib. ii.  
 Dos.  $\mathfrak{z}$  vi. viii. mane.

9) *Nodulus laxans antispasticus.*

$\mathfrak{z}$  Rad. polypod. querni  
 angelic.  
 valerian.  
 poeon. ana  $\mathfrak{z}$  ss.  
 Herb. hyssop.  
 adianth. alb.  
 aur.  
 anagall. ana Mfs.  
 Com. millefol.  
 Flor. lil. convall.  
 til.  
 calendul.  
 anagall. punic. an. P.ii.  
 Fol. fenn. s. st.  $\mathfrak{z}$  iss.  
 Fibr. ellebor. n.  
 rhabarb. elect. ana  $\mathfrak{z}$  ss.  
 arcan. tart.  $\mathfrak{z}$  iii.  
 Incis. contus. infund. l. a. c.  
 aq. simpl. & vin. q. s.  
 Dos.  $\mathfrak{z}$  vi. alternis diebus.

10) *Nodulus antispastico-arthriticus.*

$\mathfrak{z}$  Rad. cichor.  
 vincetox. ana  $\mathfrak{z}$  ss.  
 farfaparill.  
 chin. ana  $\mathfrak{z}$  iii  
 Herb. chamaedr.  
 chamaepyt.  
 agrimon.  
 organ. ana Mfs.  
 Flor. genist.

tunic.

Flor. tunic.  
     sambuc.  
     verbasc. ana Pii.  
 Cort. aurant.  
     citr. ana ℥i℥.  
 fol. fenn. s. st. ℥vi  
 Rad. rhabarb. elect.  
     polypod.  
 fibr. ellebor. n. ana ℥ii  
 hermodactyl. ℥i.  
 crystall. tart. ℥ii.  
 Incis. contus. infund. l.a.c.  
     aq. f. & vin. generos.

11) *Nodulus laxans cephalicus.*

℥ Rad. imperator.  
     zedoar.  
     calam. aromat.  
     polypod. ana ℥℥.  
 Herb. betonic.  
     meliss.  
     puleg.  
     rorismar. ana M℥.  
 Flor. anth.  
     lavendul. ana Pii.  
 cardamom.  
 cubeb. ana ℥i  
 fol. fenn. s. st. ℥i  
 rhabarb. elect.  
 fibr. ellebor. n. ana ℥iii  
 agar. mund. ℥ii  
 sal. polychrest.  
 crystall. tart. ana ℥i℥.  
 Incis. contus. infund. l.a.c.  
     aq. ferv. & vin. q. s.

3. *Diaphoreticae.*

1)  $\mathcal{R}$  Rad. scorzoner.  
imperator. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ .

Herb. scord.

scabios. ana  $\mathcal{M}\mathfrak{s}$ .

Incis. infund. in aq. seru. q.s. leniter  
ebulliando.

2)  $\mathcal{R}$  Rad. pimp. alb.  
vincetox. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$

Herb. galeg.

bellid. ana  $\mathcal{M}\mathfrak{s}$

Incis. infund. in aq. seru. sumatur  
calide.

4. *Diureticae.*

1)  $\mathcal{R}$  Rad. petroselin.

apii

ononid.

caryophyllat. an.  $\mathfrak{z}\mathfrak{iii}$ .

herb. chaerefol.

capill. ven.

virg. aur.

petroselin. ana  $\mathcal{M}\mathfrak{s}$ .

flor. bellid.

violar. ana  $\mathcal{P}\mathfrak{ii}$ .

cort. cappar.

tamarisc. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ii}$

bacc. alkekefig. no. viii.

sal. tart.

genist. ana  $\mathfrak{z}\mathfrak{ii}$

Incis. infund. in vin. alb. l. a. Dos.

$\mathfrak{z}\mathfrak{iv}$ . c. succ. raphan.  $\mathfrak{z}\mathfrak{ii}$ . ter per  
diem repetenda.

2)  $\mathcal{R}$  Rad. helen.

Rad.

Rad. cichor.

vincetox.

bryon. ana  $\mathfrak{z}$  ss.

herb. nasturt.

lign. cervin.

scabios. ana Mfs.

summit. cent. min.

bellid. ana Pi.

cort. aur.  $\mathfrak{z}$  iii.

ciner. genist.

juniper. ana Mi.

Incis. infund. l.a. in aq. serv. & vin.

alb. Dos.  $\mathfrak{z}$  iv. ter per diem.

3)  $\mathfrak{z}$  Ciner. bryon.

stipit. fabar.

absinth.

ebul.

juniper.

genist. ana Mi.

Adfund. vini vel potus ordinarii  
mens. v.

5. *Emmenagogae.*

1)  $\mathfrak{z}$  Rad. ari

pimp. alb.

irid. Florent.

rub. tinctor.

caryophyllat. ana  $\mathfrak{z}$  ss

Herb. meliss.

artemiss. rubr.

puleg.

rorismar.

marrub. alb. ana Mfs

Flor. calend.

borrag.

bugloss. ana Pi.

Incis.

Incis. contus. d. ad chart. S. Species, de quibus coclear plenum aquæ ebullienti immitendum, & postquam satis fuerunt extractæ ad instar Thee bibendum.

2) ʒ Rad. bryon.

caryophyllat. an. ʒ iss.

Herb. trifol. fibrin.

artemif.

card. bened. an. Mfs.

Flor. calendul. P. iv.

cent. min. P. i i i.

fibr. ellebor. nigr.

fol. fenn. f. ft. ana ʒ iiii

crem. tart. ʒ iss.

Incis. M. S. Species cum dimidia

parte aquæ, & vini coquendæ an.

mens. semis quotidie.

Plures formulæ petantur ex infusis

per epicrasin laxantibus.

#### 6. Pectorales.

1) ʒ Herb. veron.

heder. terrestr.

tussilag. ana Mfs.

Flor. bellid.

scabios.

violar. ana P. ii.

Incis. d. ad chart. S. Species instar

Thee adhibendæ.

2) ʒ Rad. polypod.

liquirit.

bryon. ana ʒ ss.

Herb. veronic. Miv.

betonic. Mi.

basilic.

basilic.  
 thym. ana M  
 Lign. fassaf. ʒi  
 Cinnam. elect. ʒi.  
 Sem. anif.  
 foenic. ana ʒii  
 Concis. contus. S. ut supra.

3) *Infusum Paracelsi correctum.*

℥ Rad. ari  
 pimp. alb. ana ʒi  
 Herb. pyrol.  
 fanicul.  
 heder. terr.  
 veron. ana Mʒ.  
 Flor. cent. min.  
 bellid. ana Pii.

Incis. contus. usurpentur ut thee.

7. *Adstringentes.*

1) ℥ Herb. heder. terr.  
 fanicul.  
 virg. aur. ana Mi.  
 Summit. hyperic.  
 millefol. ana Mʒ

Incis. d. ad chart. usurpentur ut thee.

2) ℥ Rad. symph. mai.  
 tormentill. ana ʒʒ

Herb. veronic.  
 vinc. pervinc. ana Mʒ

Flor. cent. min.  
 bellid. ana Pii.

cort. balauft. ʒii.

Incis. cont. S. ut supra.

8. *Resolventes.*

1) ʒ Rad. pimp. alb.  
menth. crisp.  
puleg.  
serpill. ana Mʒ

Cort. citr.  
aurant. ana ʒii.  
cinnamom.  
cubeb. ana ʒi  
sem. foenic.  
sal. tart. ana ʒiii.

Inc. infund. in vin. alb. q. s.

2) ʒ Rad. caryophyllat.  
bryon.  
irid. Florent.  
bardan. mai. ana ʒʒ

Herb. meliss.  
hyssop.  
origan.  
rorismar. ana Mʒ.

Cort. Vvinteran.  
cinnam. ana ʒii.

Sem. dauc.  
cardamom. ana ʒiʒ.

sal. tart. ʒiii.

Inc. infund. in vino alb. q. s. dos. ʒiv.  
ter per diem.

3) ʒ Rad. aristoloch. rot.  
imperator.  
carlin.  
dictamn. alb. ana ʒʒ

Herb. scord.  
chaerefol.  
hepatic. nob.  
capill. ven. ana Mʒ.  
flor. lavendul.

scabios.

scabios. ana P. ii.

sem. anis. ℥ iii.

rasur. lign. sassafr. ℥ ss.

passul. min. ℥ iss.

hord. excortic. ℥ iii

Inc. cont. infund. in aq. ferv. q. s. le-  
niter bulliant, bibantur quotidie  
bis ℥ vi. *ad resolvendum & expe-  
ctorationem promovendam.*

4) ʒ Rad. tarax.

cichor.

gramin.

tussilag. ana ℥ iii

Herb. adianth. alb.

epithym.

cuscut.

acetos. ana Mfs.

Fol. rosar. rubr.

cheir.

anagall. punic. an. Pii.

Cort. citr. ℥ ii

tart. solub. ℥ iii

Inc. infund. aq. ferv. q. s. Dos. ℥ v.  
ter per diem.

5) ʒ Rad. gent. rubr.

curcum.

galang.

zedoar. ana ℥ ss.

Herb. chaerefol.

geran.

agrimon.

beccabung. ana Mfs.

Flor. stœchad. Arab.

galeops. ana Pii.

Cort. aurant.

Cry-

Cryftall. tar. ana ℥iii.

6) ʒ Rad. levistic.

petasit.

enul. ana ʒ ss.

Herb. pulmon. maculos.

cent. min.

fumar. ana Mfs.

Flor. anth. Piii.

Cort. cinnam. ʒii

Inc. infund. in aq. f. ferv. & aq. vin.

alb. l. a.

9. *Roborantes, tonicae, nervinae.*

1) ʒ Rad. caryophyllat.

rub. tinctor.

gent. rubr.

ari ana ʒ ss.

Herb. scolopendr.

agrimon.

card. bened.

epithym. ana Mfs.

Flor. spic.

schoenanth.

borrag. ana Pii.

Cort. aurant.

citr. ana ʒii.

Inc. infund. in f. q. vin. alb.

Dof. ʒiv. vi.

1) ʒ Rad. galang.

fragar.

valerian.

helen. ana ʒ ss.

Gerb. abrotan.

scord.

meliss.

verben. ana Mfs.

L

Flor.

For. calend.  
 bugloss.  
 anagall. punic. an Pii  
 Cort. cascarill.  
 Vvinteran. ana ʒiii  
 Incis. infund. l. a.

3) ʒ Rad. cyper. rotund.

cost. veri  
 zedoar.  
 bistort. ana ʒʒ  
 Herb. serpill.  
 puleg.  
 thym.  
 betonic. ana Mß  
 Flor. anth.  
 rosar.  
 tunic. ana Pii  
 Lign. aloes ʒiii  
 Sem. foenic. anis. ana ʒii  
 Inc. infund. l. a.

4) ʒ Rad. pimp. alb.

tormentill.  
 chelidon. mai. ana ʒß  
 Herb. cent. min.  
 rorismar.  
 fanicul.  
 virg. aur. ana Mß  
 Flor. cyan.  
 lil. convall.  
 calcatripp. ana Pii  
 Cort. aurant. ʒß  
 Sem. carv. ʒii  
 Inc. infund. l. a.

## T A B U L A XIV.

## D E

## D E C O C T I S.

## I. DEFINITIO.

**D**Ecoctum est medicamentum, ex variis speciebus mediante menstruo adpropriato per convenientem coctionem paratum. Dicitur graece ἀπόζημα, ἀφέψημα, ἀφέψαω decoquo.

## II. DIFFERENTIA.

1. Decocta ab infusis non tantum coctione, sed & materiis aliquo modo differunt. Ad *infusa* enim eliguntur tales species, quae minus sunt compactae, atque hinc virtutem suam medicamentosam cum liquore facilius communicare possunt. Ad *decocta* autem spectant, quae materia magis compactae sunt, & coctione indigent, e. g. ligna, radices compactiores.
2. De *decoctis per infusionem, seu infusis calidis*, praecedente tabula jam diximus.
3. Ad decocta etiam referri possunt *gelatinae*, item *injectiones*, nempe *clysteres* & *gargarismata*. Quoniam autem de *injectionibus* tab. chirurg. LXXIV. jam dictum, & de *gelatinis* nihil peculiariter notandum est, hoc loco formulas tantum *gelatarum* & *injectionum* addemus.
4. Non minus ad decocta pertinent antiquae illae formulae, quando ex aq. & melle per coctionem parant medicamentum, *hydromel* dictum, vel quando mel cum aceto coquunt, & sic remedium,

quod *oximel* dicitur, parant. Talia oxymellita & hydromellita in pharmacopœis varia prostant.

### III. MATERIA.

1. *Decoctorum* materiae quam parum ab ingredientibus *infusorum* differant, elucescit ex iis, quae sub *differentia* num. 1. dicta sunt.

Hinc superfluum judicamus ea, quae praecedenti tab. hac de re diximus, hic repetere.

2. Loco *menstrui* aquosi, quod usitatissimum est, alia interdum usurpantur, e.g. cerevisia, serum lactis, jusculum gallinaceum.
3. *Gelatinae Pharmaceuticae* parantur ordinarie ex C.C. in libero aere, vel clibano tepido siccato, & postea raso. Ustum autem C.C. & alia sicca terrea, e.g. oc. cancr. corallia, martialia, nisi quidem menstruum salinum adhibeatur, absurde praescribuntur. *Culinariae gelatinae* e variis carnibus, it. ex ossibus, ut satis constat, parantur.
4. Sic etiam *spirituosa*, *volatilia*, & alia, quae sub decoctione encrvantur, ad hanc formulam non adhiberi, vel ad minimum igne lenissimo tractari debent, e.g. herbae antiscorbut. sal. volatil. essentiae, vinum, nisi in vase clauso coctio fiat.
5. Neque conveniunt decoctis *oleosa*, *pinguia*, *resinosa*, *gummatosa*.
6. *Mineralis* regni subjecta merito etiam excluduntur, uti ex *animali* regno nonnulla tantum, eaque rarius, ad decocta recipiuntur.
7. Pro *grato sapore*, facta decoctione interdum modice adduntur sirupi acidi, spiritus acidi, vel aromata.

### IV. ORDO ET DOSIS.

1. Quae tab. praeced. de *infusis* hac de re dicta sunt, huc referantur. Non semper autem necessarium est, ut singulae species, ibidem notatae, ad formulam decocti vel infusi sumantur.

2. Ni-

2. Nimia quantitate decocta praescribere non convenit, ne corruptionem incurrant. Sufficit una vel altera mensura, quae in locum frigidum collocanda est.
3. Unciae duae specierum exposcunt ordinarie menstrui Mj.
4. Reliqua ex ipsis formulis patefcunt.

## V. USUS.

1. Usus decoctorum convenit in genere cum infusis. Quoniam enim efficaciter ad humores penetrant, eosque diluunt, in multis adfectibus laudabilem effectum praestant. Hinc in praxi medica commentari merentur.
2. Ordinantur autem decocta:
  - 1) Modo pro scopo *purgante*, ac tum quidem rhabarbarum, folia sennae, polypodium, quernum, bryonia & nonnulla alia recipiuntur, & cum speciebus resolventibus nonnullisque roborantibus combinantur.
  - 2) Modo pro effectu *diaphoretico*, *mundificante*, *resolvente*, *abstergente*, *temperante* &c.
